









1696.

1. Martini, Nicolaus: De matre praesumpto.
2. Strykius, Elias Augustus: De eo, quod justum est  
circa colloquia et allegoria
- 3.<sup>a</sup>, 6.<sup>c</sup> Strykius, Elias Augustus: De denigratione patris a  
matre infantis facta. 35mpt. 1691-1739
4. Strykius, Elias Augustus: De contractibus locutis

1697.

1. Ruyperus, Samuel: De crux fizi Testi h[ab]ilis, prouiden-  
tia et sapientia his nec non exaltationis hora.
- 2.<sup>a</sup>, 6.<sup>b</sup> Strykius, Elias Augustus: De iure novularum.

1698.

- Musaeus, Linus Humanus: De iure immunitatis & ve-  
galibus, certis personis competente.

1700.

- Strykius, Elias Aug<sup>z</sup>: De matrimonio ex ratione  
status.

1701.

1. Martinus, Nicolaus: De causis omnibus judicialibus  
arbitr. ff 1. lit 8. et. 3 seqq.
2. Mayerus, Jo. Fr. I: De hymno, Erhebt uns Herr bey  
Deinem Wort..
3. Musaeus, Simon Hauricus: De libello alternativo in  
actione hypothecarie remittendo.
4. Ryperus, Samuel: De justitiae tam commutativaem,  
quam distributiva proportionibus

1702.

1. Musaeus, Simon Hauricus: De revocatione donationis  
ab praestitum contra donationem adovationem.
2. Musaeus, Simon Hauricus: De prelio iuris Testimoniis  
Saci
3. Ryperus, Samuel: De singularibus alimentorum iuribus
4. Ryperus, Samuel: De pactis solariis praeceptis vero  
de dictis, ex fastis restitutis, et ad tempora

Concilii Nicæni retractis, exentorum jure.

S. Nicænius, Siue Henricus. Novissima praetexta  
reformationis adumbrata.

10310  
Apu

1706. auf andere wieder wird es und  
1. Heding, Deinceps? 7. caudatus, pubescens  
et lib. ff. 11 8 d. 3 109. Dendrolo. original  
J. Meyers, Dr. Fr. 1. 2. 3. 4. Ich will mir das bei  
seinen Wort.
3. Hering, Deinceps? 7. caudatus, pubescens  
et lib. Hypothecaria. Dendrolo.
1. Ruppelius, Deinceps? 7. jucunda, sanguinolentia  
et quae distolatae proportionibus
1707. Deinceps? 7. sanguinolentia, pubescens  
Hering, Deinceps? 7. jucunda, sanguinolentia  
et lib. prolixus, 7. sanguinolentia, pubescens  
7. sanguinolentia, 7. sanguinolentia, pubescens  
Deinceps? 7. sanguinolentia, pubescens  
1. Ruppelius, Deinceps? 7. sanguinolentia, pubescens  
7. Et diversi ex foliis rectangulis, 7. sanguinolentia

M  
Kiel  
1697  
2a

DISPVTATIO IVRIDICA  
DE  
**I V R E  
NOVELLARVM**

---

Bom Rechte der Zeitungen

---

P R A E S I D E

**DN. ELIA AVGVSTO STRYKIO**

I. V. D. IVR. PVBL. ET NOVELL. PROF. PVBL.  
ORDINARIO

AD D. OCTOBR. ANNI M DC XCVII

PUBLICAE DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVTOR ET RESPONDENS

**SAMVEL FRIDERICVS HAGEN**

LENZ. MARCH.

---

VITE BERGAE

RECUSA APVD IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHIUM  
M DCC LIII

D.G.C.

DISTATATIO IARIDICIA

DE

IARAE  
NOVELLARVM

Quod dicitur de Sylphis.

PRAESEDE

DN. ELLA AVGUSTO STRYKIO

ANNO MDCCLXVII. FEBR. 6. A.D. 1757.

OPUSCULUM

SCOTIÆ. ANN. MDCCXCVI.

LEAVES OF DEDICATION. SALVATORE

MATTHEI CASTORINI

SVMÆT FRIDERICAS HAGEN

ANNO MDCCLXVII.

LITERÆ

SCOTIÆ. ANN. MDCCXCVI.

MDCCCLXVII.

## P R A E F A M E N .

**Q**uandoquidem mihi ex hac Academia discessuro temporis hic transacti redenda ratio illis, quibus obsequium ac reverentiam debo, non alienam ab hoc tempore præsentem credidi materiam, in qua vires ingenii exercerem. Etenim si ullo unquam ævo Novellæ quodam fuerunt numero, tum maxime nostra hac florent ætate, tamque largam præsens hic annus eārum, maximam partem insperatarum, nobis exhibuit messem, ut dubitare liceat, an ullus præcedentium ei in hoc genere exæquari possit. Non opus existimo illis recensendis jam immorari, cum cognitæ sint omnibus, qui quid ulterius eventurum sit & scire anxiæ desiderant, & ut in salutem imperii cedat, uti par est, vehementer exoptant. Quod si autem B. L. in tractatione præsentis materiae me alicubi lapsum deprehendes, ignosces mihi Juveni, & discendi cupido, & scriptionis hujusmodi, primitiæ enim sunt, hactenus plane ignaro, qui si a Te in viam veritatis reductus fuerit, de quo impense sibi gratuletur habebit.

## P R A E F A M E N.

**Q**uandoquidem mihi ex hac Academia  
descessero temporis hic transacti red-  
denda ratio illis, quibus obsequium  
ac reverentiam debo, non alienam  
ab hoc tempore præsentem credidi  
materiam, in qua vires ingenii exercerem. Etenim  
si ullo unquam ævo Novellæ quodam fuerunt nu-  
mero, tum maxime nostra hac florent ætate, tam-  
que largam præsens hic annus eārum, maximam  
partem insperatarum, nobis exhibuit messem, ut  
dubitare liceat, an ullus præcedentium ei in hoc ge-  
nere exæquari possit. Non opus existimo illis re-  
censendis jam immorari, cum cognitæ sint omnibus,  
qui quid ulterius eventurum sit & scire anxie desi-  
derant, & ut in salutem imperii cedat, uti par est,  
vehementer exoptant. Quod si autem B. L. in  
tractatione præsentis materiæ me alicubi lapsum de-  
prehendes, ignosces mihi Juveni, & discendi cupi-  
do, & scriptionis hujusmodi, primitiæ enim sunt,  
hactenus plane ignaro, qui si a Te in viam  
veritatis reductus fuerit, de quo impense  
sibi gratuletur habebit.

hol. Q

A 2

CAPVT.



CAP. I.

DE IVRE NOVELLARVM IN  
GENERE.

S V M M A R I A .

- |                                                                       |                                                           |
|-----------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------|
| Ingressus. n. 1.                                                      | De Residentibus & Agentibus Princi-<br>pium. n. 31. seqq. |
| Quid hic per jus denotetur? n. 2.                                     | Alii ex libera voluntate Novellas pro-<br>ferunt. n. 33.  |
| Unde Novellæ dicantur? n. 3. seqq.                                    | Homines avidi Novellarum. n. 34. seq.                     |
| Novellæ quid denotent? n. 6.                                          | An studium Novellarum laudabile sit?<br>n. 36. seqq.      |
| Quotuplices sint? n. 7. seq.                                          | Affirmativa defenditur. n. 39. seqq.                      |
| Vocabulum avisen unde? n. 9. seqq.                                    | Sæpius tamen degenerat in vitiis.<br>n. 44.               |
| Quomodo alias appellantur? n. 13.                                     | Quod oritur si modus non servetur.<br>n. 45. seq.         |
| Quanam sint Novellæ Constitutiones?<br>n. 14.                         | Ex intentione preferentium. n. 47.                        |
| Abrogant Ius vetus. n. 15.                                            | Ex qualitate temporis. n. 49.                             |
| Latina versio est approbata. n. 16. seq.                              | Ex qualitate loci. n. 50. seq.                            |
| De Novellis Juliani. n. 18.                                           | An sacerdotes hoc studium deceat?<br>n. 52. seqq.         |
| De Novellis Leonis. n. 19.                                            | Ex quibus rebus Novellæ constent?<br>n. 55.               |
| Ad Novellas preferendas aliqui tenen-<br>tur ex officio. n. 20. seqq. | De Fine & Effectu earundem. n. 56.                        |
| Ut olim Irenarche. n. 23.                                             | Quod                                                      |
| Stationarii. n. 24.                                                   |                                                           |
| Curiosi. n. 25.                                                       |                                                           |
| Quinam bodie hoc munere fungan-<br>tur? n. 26. seqq.                  |                                                           |
| Speculatores. n. 29. seq.                                             |                                                           |

**O**uod solenne a'ias esse solet nonnulla circa tituli 1  
 explicationem prius monere, quam ipsius rei  
 tractatio suscipiatur, illud & mihi in præsenti  
 de Novellarum jure aeterno incumbere non  
 absque ratione conjicio, ne titulus dissertationis vel ab  
 initio statim offendat, vel ad minimum Lectorem relin- 2  
 quat dubium ac incertum. Et quidem vocabuli juris  
 variam significationem, ejusdemque originem, ut hic fu-  
 se explicem, operæ prelum non duxi; Videri de illo  
 poterit Maurit. *de princip. jur. publ. c. i. n. 2. seqq.* Hahn. ad  
 Wesenbec. *tit. ff. de J. & J. n. 14.* & suffecerit hoc loco di-  
 xisse, per Jus Novellarum id mihi intelligi, quod in jure  
 de Novellis dispositum, seu quod circa Novellas in jure  
 justum vel injustum est. Vocabulum autem Novellarum 3  
 quilibet facile animadvertiscetur descendere a novo, quod  
 idem ac recens aut hactenus non cognitum denotat, & an-  
 tiquo opponitur, quamvis & alias varias significationes  
 nanciscatur, tam apud Autores Classicos, Vid. Martin.  
*Lex. voc. novus.* quam in LLbus nostris & apud Ictos, que  
 videri possunt apud Brisson. *de Verb. Signif. voce novus.* De 4  
 latinitate illius si cui dubium exortum fuerit, illi id facile  
 eximet Faber in *Thesaur. erudit. Scholast.* *voce novellus,* ubi  
 id Ciceroni, Virgilio, Varroni, aliisque usurpatum esse  
 monstrat: Juri quoque nostro illud non adeo incogni-  
 tum, ubi novellæ constitutionis, novelli vini, novelli sta-  
 tuti, novellæ religionis, novellæ superstitionis &c. fit  
 mentio, Vid. L. 29. C. d. inoff. restam. L. 10. C. de erogat, mili-  
 tar. annon. L. 9. C. Theod. de metall. & metall. L. 15. C. Theod. de  
*Jure Fisci* add. Brisson. d. rr. *voc. novellum.* Utrum vero in- 5  
 star nominis per se substantis veteribus id probatum fuerit,  
 illud equidem affirmare non ausim, saltem nullum illius  
 in præsens occurrit exemplum; Interim tamen id usu &  
 vulgari

vulgari loquendi consuetudine nunc a plerisque rece-  
ptum est, & vix aliud vocabulum suppetit, quo materiam  
præsentem & concisius & significantius exprimere possim.  
Quod si tamen facta Novellarum mentione quis ipsas res,  
relationes, aut simile quid, subintelligere velit, illi per  
me hoc esto liberrimum.

6. Intelligo autem hic per Novellas, vocabulo juxta  
communem loquendi usum substantive accepto, *relatio-*  
*nes de rebus noviter ac recenter, tum hic, tum alibi, imo in orbe*  
*universo gestis*, quem vocis significatum nostri ad exem-  
plum vel Gallorum, qui dictas Relationes vernacula sua  
appellant *les Nouvelles*, vel *Italorum*, quibus lingua  
sua vocantur le *Novelle* recepisse videntur.

7. Distinguuntur hæ novellæ, quod alia publice pro-  
ferantur, ita ut omnibus innotescant, alia vero alicui  
privatum & quidem nonnunquam sub fide silentii com-  
municentur. Illæ iterum vel publicis typis exscribun-  
tur, quando prius singulari cura & industria collectæ  
sunt, & hæ, stricte vocabulo novellarum sumto, intelli-  
guntur, vel etiam per literas tantum, aut oretenus, quo-  
que aliis communicantur, in quo latiori significatu, &  
quidem ut & illas, quæ privatim alteri exponuntur, com-  
prehendant, hic loci illæ accipiuntur.

9. Quæ typis exscriptæ sunt nobis alias frequenter vo-  
cari solent die *Avisen*, a gallico vocabulo *avis*, quod in-  
structionem aut denuntiationem, nobis einen *Bericht*  
oder *Machricht* denotat, & alias etiam in communi usu  
receptum est, quemadmodum in materia cambiali satis  
notæ sunt literæ *de aviso*, quibus significatur cambium esse  
solven-

solvendum, & simul media solutionis soluturo offeruntur, de quibus vid. Dn. Samuel Strykius, Patronus & Avunculus meus, Patris instar, perpetuo venerandus de Cautel. Contract. sect. 3. c. 5. §. u. Scacc. de Camb. §. i. qu. 5. n. 77. seqq. Imo & in aliis materiis istius vocabuli vestigia occurrere notat Carol. du Fresne *Glossar. med. & infim. latinitat. voc. Avisare.* Ita non incognita *Avisausenta illa Constantiensia & Moguntinensis*, quibus Status Imperii nostri eorumque Deputati Anno 1416. & 1427. abusum juris illius, quod Pontifex ex transactione cum Henrico V. Imperatore in causis ecclesiasticis in Imperio nostro obtinuerat, significant ac de eo conqueruntur, de quibus vid. Strauch. *Diss. Exoter. s. s. 6.* Ziegler. *ad Instit. Jur. Canon. Lancellotti. l. i. tit. 27. s. 10.* Dn. Rhet. *Instit. Jur. publ. l. i. tit. 2. s. 122.* quin & in materia processus testis avisatus dicitur, cui ante præstatum Juramentum admonitio de perjurio prælecta est; de quo Dn. Stryk. *Introd. ad Prax. forens. c. 18. §. ii.* Brunnem. *de Proc. Civil. c. 20. n. 64.* seqq.

Appellari quoque communiter solent die Zeitungen, 13 ea propter, quod resque quovis tempore in orbe geruntur contineant, & ut omnibus innotescant, denuntient; Alicubietiam vocantur Couranten, Gazetten, Journal &c. quæ latius exponit der Spate in dem Zeitungs Lust und Nuß l. i. c. 4. §. i. & 7.

Ab hac significatione Novellarum hactenus exposita longe diversa est altera illa Novellarum appellatio, quam Imperator profert in *Conf. Cordi nobis de Emendat. Cod. s. 4.* qua certæ quædam Constitutiones Imperatoriaæ post Codicem repetita prælectionis deum promulgatae, & quæ in Corpore Juris nostri post istum Codicem con-

- 15 conspicuntur, indigitantur. De his notandum quod per eas saepius Jus Digestorum & Codicis abrogetur, ut proinde si in illis jura quedam legibus ff. & C. contrariantia deprehendantur, de eorum conciliatione laborandum amplius non sit, quin & dum ipsæ non uno eodemque sed diverso tempore promulgatae, nec publica autoritate in unum collectæ sunt, saepius sibi invicem contrariantur, & hinc in illis obtinet vulgatum illud, quod lex posterior abroget priorem. Vid. Dn. Stryk. *præcogn. Jur. Univers. c. 2. f. 27.* Ut ut vero maximam partem, exceptis paucissimis, quas refert Rittershusius *Exposit. Novell. proam. c. 4. n. 1.* lingua græca conscriptæ sint, translatas tamen illas in latitum sermonem jam deprehendimus, ex quibus translationibus ea, quæ vulgaris appellatur, nunc moribus & usu recepta est, ut vix tutum sit ab eadem in foro recedere, etiam si textus græci alius ostenderetur esse sensus. Lauterbach in *Coll. ff. prolegom.*
- 16 *f. 6. n. 2.* quod tamen intelligendum, nisi dubius vocis latinæ intellectus ex Græco textu explicationem exponat, ut exemplum in potestate filiifamilias disponendi de peculio adventitio irregulari affert Dn. Hopp. *ad pr. Instit. quib. non est permitt. fac. testam.* Veteribus quidem haec ipsæ Constitutiones Authentici nomine veniebant, qui per Novellas intelligebant Epitomen illarum harum constitutionum, a Juliano Antecessore, & Patritio urbis Constantinopolitanæ circa annum 570. confectam, quam quoque adhuc hodie habemus. Vid. Dn. Stryk. *d. c. 6. f. 29.* verum cum hodie hujus Epitomes nulla sit autoritas
- 17 hanc distinctionem non attendimus. Diversæ ab his Novellis sunt Novellæ Imperatoris Leonis, cognomento Philosophi, quæ tamen utut Corpori Juris nostri annexæ sint, autoritatem, nisi quatenus una vel altera in specie

specie probetur recepta, non habent in foro, nec in decidendis causis allegantur, nisi vel casum aliquem in Jure Justinianeo indeterminatum determinent, vel casum in illo jure non decisum expresse decident, sicuti illius in Nov. Leon. 77. hujus vero in Nov. Leon. 104. est exemplum. Conf. Dn. Stryk. d. l. c. 4. §. 2.

Verum ut e diverticulo in viam, & ad Novellas, 20  
quatenus hujus tractationis sunt, revertar, ad proferendas hujusmodi Novellas vel ex officio aliquem teneri,  
vel ad eas libera voluntate accedere, res ipsa satis testatur.  
Quod illos attinet, quos officii ratio ad hoc munus ad 21  
stringit, in tantum illos ad inquirendas & proferendas Novellas obligatos esse existimo, ut si in hoc munere negligentes existant, non tantum penam quadam arbitraria affici, verum etiam penitus ab officio suo deponi possint.  
Conf. ea quæ habet Ziegler. *Dicastic. concl. 25.* Ex his autem alii tantum ea, quæ contra quietem ac salutem publicam a civibus commissa, Superiori denuntiare, alii vero de eo, quod in exteris regnis uel prouinciis geritur & quod scire Superioris interest, ipsum instruere ac certiorem reddere tenentur. Ad illos Jure Romano refere 23  
bantur Irenarchæ, de quibus in L. un. C. de Irenarch. L. 6.  
ff. de custod. & exhibit. reorum, qui quid in urbe gerebatur  
referebant Judici, illumque de eo informabant. L. 7. §. 12.  
ff. de off. prefec. urb. L. 6. §. 3. ff. ad SCr. Turpil. add. Carpz.  
Prax. Crim. p. 3. qu. 103. n. 19. His similes erant Stationarii, 24  
ita dicti, quod certis ac designatis stationibus atque locis  
dispositi essent; ut Magistratui, siquid commissum esset,  
nuntiarent; iot. rit. C. de curios. & stationar. L. 1. C. de Coboz.  
Brunnem. ad L. 7. C. de accusat. Gothofcr. ad L. 8. C. eod. qui 25  
bus conjungebantur Curiosi, d. tit. C. de curios. ita dicti,  
B  
quod

quod ea, quæ in Prouinciis commissa, curiose peruestigarent, & quicquid ita dignum relatu audiuisserent, ad Magistratum referrent. Vid. Peretz, *ad d. tit. n. 8.* qui ea propter & curagendarii appellabantur *L. i. C. Theod. de curiosi.* Quamvis uero hæ appellationes ab usu apud nos recesserit, ipsa tamen res adhuc durat, cum non tantum in prouinciis, sed & civitatibus, imo pagis ejusmodi homines sepius reperiantur constituti, qui in mores ac uitam subditorum inquirere, & quæ perceperunt Magistratui indicare tenentur; Vid. Tholosan *de Rep. l. 13. c. 3. §. 12.* in quorum exemplum affero id, quod in Rep. Norimbergensium obtainere dicitur, ubi certa quædam persona constituta (*der Pfänder*) quæ præter alia negotia ipsi commissa per clandestinos suos emissarios (*Kundschaffer*) quos nemo nosset hoc agere, & mores & uitam ciuium, & ubi in Leges Reip. ac sumtuarias peccatum fuerit, exploret & annotet, ut sic deinceps in dem Rüge, Amt oder Schöpfen, Amt in reos inquiratur, causa sufficienter cognita, confessis uel conuictis pro qualitate reatus condigna poena irrogetur, adeoque commissa delicta impunita non abeant, sed LLbus judiciisue suus uigor maneat. Vid. Peller ad Klock *de arario l. 2. c. 35. n. 1.* Nec prætereundi hic ministri Academiæ, quos uulgo *Bidellos* vocamus, qui a Senatu Academicо inter alia & eum in finem aluntur ac specialiter ad id obligantur, ut in facta Studiosorum inquirant, eaque Rectori aut Pro-Rectori Magnifico denuntient.

29 Ad alteram speciem illorum, quibus ex qualitate munieris in Nouellas inquirendi easque denuntiandi incumbit necessitas, pertinent hi, qui olim exploratores siue speculatores appellabantur, de quibus in *L. 7. C. de Cobortat.*

*Cobortal. add. Lips. Polit. I. 4. c. 10. n. 13. Quorum uti jam 30 olim magnus fuit usus, prout quoque de temporibus Nimrodi aliqua assert Spate d. tr. c. 4. §. 1. & de temporibus Romanorum nullum dubium supereft, uti ex consilio Mecenatis Augusto Imperatori apud Dionem dati, & iis quæ a Lampridio de Imperatore Severo traduntur 31 conjcere licet, ita nec hodie ille minor confpicitur, sed referendi huc certa ratione Residentes & Agentes Principum in aliorum aulis, quibus inter alia hoc negotii datum est, ut quicquid speculationibus suis ibi investigare possint, id Domino suo perscribant ; Vid. VVicquefort de l'Ambassadeur 1. 2. sect. 3. Kulpis de Legation. Statuum Imperii c. 2. f. 13. ubi quidem eos ex judicio Puffendorfii 32 contra insultus aliorum, qui eos speculatorum, alienæ perfidiae autores vocant, defendit, ipsi tamen præcavere habent, ne in illos quadret descriptio Residentium Gallicorum a non nemine ante aliquot annos facta, quam prolixe exhibet Dn. Lynker Diff. de Commissar. Imperial, ad negor. status §. 3.*

Atque hæc de illis, qui ex officii necessitate nova & 33 inquirere & proferre tenentur, jam quod illos attinet, qui libera voluntate ad illud accendant, generaliter dicendum existimo, illud omnibus permitti, nisi in specie aliqui reperiantur prohibiti, de quibus dicendi occasio erit inferius c. 4. Sicuti enim natura ipsa semper formas 34 novas edere deproperat, ita & homines fere omnes per inquietudinem quandam naturæ novitatum sunt amantes, & quotidie novarum rerum studio capiuntur. Fritsch. de novell. usu & abusu c. 1. f. 1. generaliterque fere de omnibus dici potest, quod Atheniensibus olim objecit Demosthenes, & Sacra Scriptura quoque de iis testatur in Act. Apostol. c. 17. v. 21. *Die Athener alle waren gerichtet auf nichts*

nichts anders, denn was neues zu sagen oder zu hören, & quod de Gallis scribit Julius Cæsar *de Bello Gall.* l. 4. c. 5.

35 Est hoc Gallicæ consuetudinis, ut viatores etiam invitatos consistere cogant, & quid quisque eorum de quaue re audiverit aut cognoverit quarant, & mercatores in oppidis vulgus circumstata, quibus ex regionibus veniant, quasque res ibi cognoverint, pronuntiare cogant, &c.

36 Utrum autem hoc Novellarum studium in personis privatis (quoad publicas enim, per ea quæ antea allata, res nullum amplius habet dubium) laudem, an vero vituperium mereatur, antequam ulterius progrediar inventigandum erit. Evidem reputat in vitio licet, si quis tempus in res nugatorias & ad se nihil pertinentes consumat, L. 17. §. 14. ff. de adulis. Edict. nam juxta vulgatum.

38 Cura viris levibus rerum solet esse novarum.

Unde quoque Fritsch. dict. tr. c. 2. §. 2. adducit Richardum Baxter Theologum Anglum in tr. de abnegatione sui c. 31. ita scribentem: Neue eitle Zeitungen, die Bekümmernisse um anderer Leute Geschäfte &c. muß verleugnet werden, denn die fleischliche Lust, die viele Leute haben, daß sie gerne was neues hören, und können reden, und an hören mit Lust anderer Leute Sachen, die ihnen doch nichts angehen, dasselbe ist sündlich, weil dadurch viele Zeit verlorben, und wichtigere Dinge, dazu unsere Zeit uns gegeben, und da wir uns um zu bekümmern haben, verfaumet werden.

39 Verum enim vero si legitimum hujus studii usum ab illius abusu separaverimus, nihil difficultaris aut dubii amplius circa hanc questionem supererit. Ipsa natura, uti

uti antea dictum, ad hoc studium nos impeliit, cum nec oculus visu, nec auris auditu juxta Ecclesiast. i. v. 8. unquam 40 saturetur, & hinc tantum abest, ut illud vituperari debeat, ut potius insignem laudem, cæteris paribus, mereatur, qui aliquot tempus eidem impedit, maxime cum id ipsi non tantum utile, sed etiam sæpius, nisi damnum incurere velit, summe necessarium sit, prout prolixe satis deducit, & multiplicem hujus studii usum in vita civili, cujuscunque etiam conditionis aliquis fuerit, demon-  
strat Spate Zeitungs Lust und Nutz libr. 2. per tot. Jus 41 nostrum non improbat illud Novellarum studium, imo quadantenus nos ad illud adstringit, dum non tantum vi-  
cinum præsumit nosse ea, quæ in vicina gesta sunt, in  
tantum ut ignorantia eorum sæpius pro affectata & non toleranda habeatur, c. 7. & 8. X. de præsumt. Mascard. de  
probat. concl. 880. n. u. Menoch. de præsumt. l. 1. præf. 18. n. 14. 42  
Ddres apud Barbos. locuplet l. 19. c. 15. ax. 2. personam  
conjunctam scire facta, vitam & mortem personæ con-  
junctor, adeo ut ejus ignorantia allegata sit inverisimilis;  
L. 9. f. 1. ff. und. cog. L. 7. C. de refut. in. integr. ibique Brun-  
nem. Menoch. de præsumt. L. 6. præf. 24. Barbos. locuplet. 43  
l. 3. c. 50. ax. 2. sed & in genere statuit, unumquemvis qui  
cum alio contrahit scire vel scire debere conditionem il-  
lius, quo cum contrahit, nec ejus prætensa ignorantia  
damnum sibi eveniens evitare posse. L. 19. ff. R. J. ibique  
VVisenbach. add. Dn. Stryk. vol. 3. disp. 13. d. Curiositat.  
e. 4. ubi id ipsum per varia exempla deducit.

Si quid itaque illiciti aut vitiosi in Novellarum stu- 44  
dio est, id, quoniam Jura, uti modo dictum, illud probant, ex accidenti tantum sit & non ex ipso studio per se  
oriatur oportet; ignotum enim non est circumstantias

- sæpius variare rem ex licto facere illicitum. L. 26. f. 12.
- 45 ff. de Condit. Indeb. Inter has ipsas vero circumstantias, primo affero loco nimis illarum studium, dum quis neglectis propriis rebus, quæ ipsi de necessitate peragendæ incumbunt, tantum alienis pervestigandis intentus est, quorsum & ea quæ antea ad improbandum Novellarum studium allegabantur, unice, uti inspectio doceret, collimant. Omne enim nimis, uti vulgatum sonat, trahitur in vitium. Apprime itaque hoc faciunt illa quæ habet summi ingenii vir Ulpianus in L. 6. ff. de jur. & fact. ignor. ubi dicit, nec supinam ignorantiam ferendam esse factum ignorantis, nec scrupulosam inquisitionem exigendum; Scientiam enim hoc modo æstimandam esse, ut neque negligentia crassa aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur; quod ipsum Labeo, teste Paulo in L. 9. §. 2. ff. eod. ita exprimit, scientiam neque curiosissimi neque negligentissimi accipiendo, verum ejus, qui eam rem diligenter inquirentem habere possit. Altero loco hoc traho intentionem ejus, qui in Novellas inquirit, & easdem profert, si nimirum hoc tantum fiat, ut alteri damnum inferatur; utut enim peccata nocentium nota esse & oporteat & expeditat, L. 18. pr. ff. de Injur. attamen ut legitimo modo publicentur non minus necessè est Dd. ad d. L. 18. & in genere alias finis & intentio designat qualis aliqua res censenda sit. c. fraternitatis §. ult. X. de frigid. & malef. Barbos.
- 47 locuplet. l. 6. c. 17. ax. 9. Porro hic respiciendum ad qualitatem personarum proferentium, quibusdam enim Novellas aliis communicare prohibitum, & hos vel necessitas officii vel data silentii fides culpabiles reddit, si nihilominus eas propolaverint, & aliis easdem retulerint, de 48 quo c. 4. plenior dicendierit occasio. Nec minus ad qualitatem

litatem loci & temporis advertendum erit, si enim ejusmodi tempore, quod aliarum rerum executioni destinatum est, non nisi Novellas vel ab aliis expiscari vel aliis communicare volueris, reprehendendus omnino eris, ad quod superius allegata L. 17. §. 14. ff. de aedit. Edit. respicit. Ita quoque si in templo, dum res divinæ peraguntur, aliquis rebus novis inquirendis & recensendis intentus sit, indubie graviter peccat, cum non tantum ipse eam devotionem, quam auscultatione verbi divini afferre debebat, non adhibeat, sed & alios in devotione sua impedit. Conf. ea quæ habet Carpz. Zprud. Eccl. l. 3. def. 96. n. 1. Friedlib. in Casib. Conscient. Wäbeler. c. 10. sect. 1. m. 3. qu. 12. Multo magis autem reprehendendus erit ille Ecclesiæ minister, qui peracta confessione auriculari, & annuntiata confessori peccatorum suorum remissione, ut pessimus quorundam mos est, de illis quæ noviter contigerunt & innotuerunt cum confessore colloquitur, atque ita illum impedit, quo minus officio suo fungatur, atque Deo debitas, pro gratia sibi per ministrum Ecclesiæ annuntiata, referat gratias. Licet enim sacerdotes a per- 52 cunctatione rerum novarum simpliciter removendos non existimem, adeoque non probem quod ex Tauleri con- cionibus Fritsch. in all. supr. tr. de Novell. usu & abusu c. 2. §. 3. refert, ubi dicit: Es ist wahrhaftig eine Schande, daß auch Geistliche mit der neuen Zeitungs-Sucht geplagt seyn, welche sich billich schämen sollten zu hören, oder zu fragen nach solchen stiegenden Zeitungen, denn was geht sie es an, und was treibt sie zu wissen, was in der Welt um und um getrieben und gehandelt wird, sed potius his non insignem utilitatem ex Novellarum studio accedere credam, quam uberius demonstravit Spate all. tract. l. 2. c. 5. imo quod res in ipsorum Parochia noviter contin.

contingentes attinet, id summe illis necessarium statuam, prout illud ex iis, quæ de necessitate visitationis domesticæ late tractat Dn. Brunnem. *de Jure Eccles.* l. 1. c. 6.

54 membr. 2. apparet, certum tamen & hic est sàpius ex loci & temporis circumstantia illicitum fieri ac reprehensionem incurgere, quod alias non tantum plane innoxium erat, sed & laudem merebatur; quod præprimis tunc dicendum erit, si per talem novarum rerum inquisitionem alia adhuc intendant, falcemque suam in messem, uti dicunt, alienam immittere gestiant, prout hoc vitium ordini ecclesiastico admodum frequens est, de quo vid. plur. Dn. Brunnem. *diss. de πολυπραγμοσύνῃ* s. 23. & quod ibi allegat consilium Schoockii de Bon. *Ecclesiast. sect. 4. c. u. p. 666.*

55 Consistunt autem Novellæ ex variis tam publicis, quam privatis rebus, recens tamen gestis, licet enim negari nequeat, aliquando talia quoque, quæ jam diu oblivione sepulta erant, recoqui & pro novis venditari, nonnunquam etiam, quæ nunquam contigerunt, fingi & proferri, talia tamen statim & facile, instituta paulo diligenter inquisitione, detegi poterunt.

56 Quod si de cætero finem Novellarum attinet, pro diversitate earundem & ipse varius est; respiciunt enim aliquando promotionem salutis publicæ, aliquando commodi & utilitatis privatæ procreationem & conservacionem, aliquando vero nudam tantum recreationem pro qua diversitate diversam etiam producent in jure effetum, uti inferius pluribus monebitur. Videri interim de fine Novellarum typis exscriptarum poterit. Spate all. tract. libr. 1. c. 7.

CAPVT.

## C A P . II.

D E I V R E M A G I S T R A T U S C I R -  
C A N O V E L L A S .

## S V M M A R I A .

**P**rinces semper curiose in Novellas inquisiverunt. n. 1, seq.  
**E**xemplum Cyri Persarum Regis. n. 3, seq.

**E**xemplum Imperatoris Augusti, n. 5.  
**S**tudium Novellarum Principibus summe necessarium. n. 6, seqq.

**P**rinces aliquando Novellas confitatas divulgari curant. n. 9, seqq.

**P**rincep potest prohibere vel permettere Novellarum divulgationem. n. 12, seq.

**A**n hoc indistincte cuivis Statui Imperii competit? n. 14, seq.

**A**licubi non nisi sub censura imprimi possunt Novellæ. n. 18.

**A**liquando penitus prohibentur imprimi. n. 19.

**P**rincep potest injungere subditis, ut literas suas prius ad perlegendum exhibeant, quo resuscitat Novellas in illis comprehensas. n. 20 seqq.

**A**n literæ subditerum nibilominus perlegi debeant, licet constet nihil in prejudicium Principis in iis contineri? n. 26, seqq.

**A**n etiam literæ per territorium tantum transeuntes hac ex causa aperiri possint? n. 29, seq.

**A**n literæ legatorum ita aperiri possint? remissive. n. 31.

**A**liis quoque licitum est literas inferiorum perlegere. n. 32, seq.

**A**n magistratus novellis ad ipsum perlatis statim fidem habere debeat? n. 34.

**A**fferuntur exempla judiciorum olim in Germania usitatorum, ubi statim ad denuntiationem pena dictata. n. 35, seq.

**H**odie magistratus in veritatem novellarum inquirere debet. n. 37.

**R**espicerit itaque debet ad personam, quæ ipsi novellas detegit. n. 38.

**E**xemplum singulare Reipublicæ Venetae. n. 40.

**A**n qui novellæ de criminis perpetratore ad magistratum perfert prius debeat delinquentem admonere? n. 41, seq.

**A**n veritatem novellarum proferens probare debeat? n. 43.

**Q**uid Juris si communi fama originem debeant novellæ? n. 44, seqq.

**A**n magistratus in omnia delicta, quorum notitiam accepit inquirere debeat? n. 51, seq.

Quantam curam Principes ac Magistratus semper adhibuerint, ut notitiam eorum, quæ tum in provinciis suis, tum alibi gererentur consequerentur, nemini qui per transennam tantum historiam, tum veterem, tum recentiorē inspexit, poterit esse ignotum. De recentioribus minus dubii subesse puto, cum quotidiana experientia unumquemvis hæ de re forsan adhuc dubitatem satis superque edocere possit. Ex veteribus licet multa adduci possint, duo protulisse hanc in rem exempla sufficere poterit. Primum est primi Persarum Monarchæ Cyri de quo Xenophon in *Cyropaedia sua l. 8 n. 232.* testatur, eum in certis locis equos constituisse ac homines, qui tum ad recipiendum literas allatas, tum ad tradendum illas aliis idonei essent, ut hoc modo celeriter intelligeret, qui etiam rerum longe remotorum esset status; quod ipsum ita re vera contigisse, ut alias huic libro non adeo magnam adhibeant fidem, adeo ut Scaliger non dubitet asserere, in hoc libro præter nuda nomina ac duorum vel trium eventuum mentionem nihil veri contineri, inter alia etiam documentum potest esse illud, quod de literis Regis Ahasveri nomine ab Hamane scriptis & per cursorum regios Principibus Regni Persici insinuatis in Sacra Scriptura habetur. *Ebb. 3. v. 13. add. Schiltz. diff. de cursu publ. c. i. §. 3.* quæ extat in *Vol. nov. jur. publ. Fritschii.* Alterum est Imperatoris Augusti, quem, procul dubio ex consilio Mæcenatis, de quo *cap. præced. n. 30.* ut celerius ac sub manu quasi annuntiari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, deinceps vehicula dispositisse refert Suetonius *c. 49.* commodiusque id visum esse dicit, ut qui a loco eidem perferrerent literas, interrogari quoque, si quid res exigenter, possent.

Ac

Ac expedit quoque omnino talia fieri; cum enim principalis scopus Principis esse debeat, ut Provinciis ac subditis suis bene sit, cum ab illorum salute propria ipsius salus dependeat, oportet ut ad omnia quae quoconque tempore eveniunt animum advertat, & inde quid sibi statuendum sit colligat, quod cum absque Novellis siue pacis sive belli tempore mature fieri nequeat, inde Besold. *thesaur. Präd. voc.* Neue Zeitungen notat, Principes illos non dici Politicos, die nicht gewisse Zeitungen haben, sondern sich da ihnen und ihrem Land und Leuten viel an gelegen ist. Accedit, quod homines, prout eorum natura est, nimium quantum Novellis moveri soleant, & hinc Principis interest Novellas tales spargi, per quas subditorum animi continentur in officio, & tempore belli in dies magis magisque ad assistendum Principi suo intentur, ac hostium imperii & audacia frangatur. Inde est, quod nonnunquam tempore accepta cladis non tantum prohibetur eam populo significari, sed et saepius contrarium, victoriæ scilicet penes Principem esse, civitatem haec tenus oppugnatam Principis imperio adjectam esse &c. evulgetur; Späte Zeitungen Lust und Nutz *4.1.5. f. 9.* Sunt enim sparrones istæ Novellarum, teste Besoldi *d. l.* saepius arcana Politica aut Stratagemata bellica; Multi exinde mentem et animi intimos recessus expiscari solent. Sparguntur clades ad vulgum dementandum, ut is huic vel illi parti faveat. Add. Fritsch. *de Nov. usu & abusu c. 3 f. 1.* ubi simul ut monstrat quantum ejusmodi Novellis licet fictis saepius efficiatur, non tantum in partes provocat Guicciardinum, Jovium, Meteranum, Thuanum, sed & Besoldum citat *d. l.* referentem. Es habe post cladem Juensem der Duc de Mayne die victoriam, welche doch ex adversa

versa parte gewesen, ihm attribuiret und zugeschrieben, sagend, ein solch Mendaçium, wenn man es auf wenig Tage behalten könnte, sey viel causend Gülden wirth.

- 12 Quæ cum ita se habeant Jus illud prohibendi vel permittendi Novellarum evulgationem, non immerito Principi adscribitur, sicuti quoque illud ad Regalia refert Fritsch. addit. nov. ad Limn. de Jur. publ. l. 4. c. 8. n. 267. & tr. de Novell. usu & abus. c. 3. f. 2. in specie vero regali Postarum juri accensent Bœcler. Not. Imper. Germ. l. 4. c. 1.
- 13 Accold vom Post regal. l. 1. c. 5. cum enim Postarum finis in commercio literarum consistat, illud vero ad Postas pertineat, negari nequaquam poterit Principem huic commercio certum quendam terminum ponere, & per consequens etiam divulgationem Novellarum vel permettere, vel restringere, vel penitus prohibere posse.
- 14 Sed dum ita hoc jus regali juri Postarum annexum est & ab eo depender, dubium illud inde oritur, quasi non ad Principes Imperii, sed ad solum Imperatorem pertineat, quippe inter cuius reservata jus instituendi Postas referunt Stamler. de Reservat. Imperat. f. 48. n. 5. Hærning.
- 15 de Jure Postar. c. 1. f. 4. Verum salva res est, modo distinxeris inter constitutionem Postarum universalium per totum Imperium, & Provincialium in cuiusvis Principis territorio; Illam sicuti nemo Imperatori unquam negaverit competere, cuius documento esse poterit investitura Comitum de Taxis ab Imperatoribus de Postis per universum Imperium facta, qui & in plerisque civitatibus Imperialibus suos subofficiarios habent; ita hæc propter Jus superioritatis territorialis, & quod per Postas Jus belli & pacis, itemque commerciorum, quæ extra dubium ad Principes nostros spectant, conservetur, omni-

no

no Principibus afferenda est, & ipsis Imperii Legibus non obscure id innuentibus R. I. de an. 1542. §. und damit man Cap. Leopold. art. 35. Vid. Dn. de Rhey. Instir. Jur. Publ. I. 2. tit. 20. Schweder. Introd. Jur. Publ. part. spec. sect. 1. c. 18. §. 8. seqq. & sect. 2. c. 15. §. 9. Fritsch. Elec. Jur. publ. p. 2. c. n. Accold. d. tract. I. 1. c. 2. per tot. Mev. p. 1. dec. 101. & 174. Idemque plane dicendum existimio de civitatibus Imperia-<sup>17</sup> libus, quia nec his superioritas territorialis deneganda est, quod enim Postas non instituant hoc non exinde provenit, quasi id jus non habeant, sed quod territorium earum ultra aliquot milliaria pleramque se non extendat, ipsaque per tabellarios & nuntios negotia sua commode satis expedire possint, nec sumtuosa Postarum constitutio-  
tione opus habeant, uti recte notat Accold. d. c. 2. unde nec hoc circa Novellas Jus ipsis denegandum erit, cum intra civitatis mania exerceri satis commode possit. Add.  
Elec. Jur. publ. Cassandr. Thucelii c. n.

Atque ex hoc jure est, quod in quibusdam locis rece-<sup>18</sup> ptum sit, Novellas non nisi sub censura publica posse evul-  
gari, rejectis in iis quæ vel dubia vel suspecta, vel quæ suppressionem potius quam divulgationem mereri viden-  
tur, Fritsch. de novell. usu & abus. c. 3. §. 2. inf. imo quando-<sup>19</sup>  
que penitus prohibetur novellas imprimere, si præcipue impressor sibi licentiam sumat in præjudicium hujus vel alterius Principis aliquid divulgandi, uti exemplum ejus-  
modi refert Accold. d. m. I. 1. c. 5. ubi dicit: Dannen-  
hero hat der Päbliche Hof nur neulich, wie unter dem  
25. May von Rom geschrieben worden, factum id ni fallor.  
Anno 1685, allen Buchdruckern untersaget, Zeitungen  
zu drucken, sie mögen auch seyn, woher sie wollen.

C 3

Et

20 Et hinc quoque deducendum est illud, quod saepius Princeps constituat, ne a subditis suis literæ vel aliorum transmittantur, vel aliunde recipientur, nisi prius ipsi vel officialibus ipsius fuerint ad perlegendum exhibitæ, sicut id ita a Gallis post occupationem civitatis Argentoratensis ibi constitutum esse constat, & Accold d. rr. c. 5. quoque  
 21 refert. Nec absque ratione hoc ita constitutum, cum maximum saepius ex ejusmodi literis, et quæ illis comprehensa fuerint novellis, Reipublica subortum esse damnum  
 22 historiarum monumenta satis testentur. Quinimo ex hujus publici interesse causa, licet vel maxime tale mandatum Superioris non adsit, incumbere nihilominus, in statu quoque pacato, Magistratui etiam inferiori literas ci-  
 vium, si suscipiones contra easdem adsint, intercipere & inspicere existimo, cum Less. de Just. & Jur. 1. 2. c. 12. dub. 18. n. 133.  
 Busenbaum. Medull. Theol. mor. 1. 3. d. ob. 2. n. 1. allego a Dr. Ringk.  
 23 disp. de inspect. alien. liter. c. 2. sect. 2. n. 76. In statu belli res minus dubii habet, cum regularitate nullum adversus fraudes & insidias firmius sit munimentum quam provida & sapiens dissidentia. Vid. Burgers Obser. Jurid. Polit. militar. cent. 1. obs. 88. add. Chur. Fürstl. Brandenb. See. Kriegs-  
 Recht art. 24. mereturque omnino laudem officialis sive præfetus castrorum literas ad præsidarios suos milites trans-  
 missas apariens & legens Burgers d. rr. cent. 4. obs. 13. ubi  
 24 hoc ita deducit; Darum, ob zwar sonst nach gemeinen beschriebenen Rechten verboten, daß einer dem andern si-  
 nen Brief erbreche und durchlese, und dergleichen Resigna-  
 tion vor eine Falsitatem gehalten werde; so cessiret dennoch dies-  
 se Prohibition, wenn die Briefe in Kriegs Zeiten von ver-  
 dächtigen und Feindlichen Orten herkommen, auf welchen  
 Fall einem jeden vorsichtigen Commandanten nicht allein un-  
 verboten, sondern auch seiner Pflichtschuldigkeit obliegen  
 thut,

thut, dergleichen Briefe ungescheuet zu intercipiren, zu eröffnen und durchzulesen, &c. In specie quod captivi durante 25 captivitate absque permisso praefecti loci, qui literas eorum perlegit & obsignat, ad suas literas dare ac Novellas prescribere nequeant, paſſim receptum videmus Churf. Brandenb. Kriegs-Recht tit. 8. art. 43. in not. n. 4. ubi dicitur; Eben der Ursache halber ist auch Herkommen im Kriege, daß derer Gefangenen Briefe nicht müssen von den Gefangenen selbst versteigelt, und an deren Parthey übersandt, sondern dem Gouverneur des Orts zugestellt, und von demselben gehöriger Dertier dressirt werden.

Quando vero ita ejusmodi apertura & perfectio lite- 26  
tarum ad subditos pertinentium a Principe ministris in-  
juncta est, quare solēt, an si minister sciat, nihil in his con-  
tineri quod præjudicium Reipublicæ afferre possit, illas  
non apertas vel non perleatas domino reddere possit; Vult 27  
hoc Molina de Jus. & Fur. tr. 4. disp. 36. n. 5. ubi dicit; teneri  
tunc Ministros Principis desistere ab ea lectione ac ad aliud  
transire, cum legere eas literas saltē sit licitum, quantum  
sit satis, ut bono communi prospiciatur. Verum si respicia- 28  
mus ad mandatum Principis generale & illimitatum, & vin-  
culum illud, quo minister Principi suo tenetur, vi cuius ipsi  
præter obsequi gloriam nihil est relicum, simulque atten-  
damus potestatem Principis, qua ipse jus dat in omnes  
actiones subditorum inquirendi, moresque ipsorum dis-  
ponendi ac dirigendi, apparebit facile limitationem hanc  
subsistere non posse. Conf. Dn. Ringk. d.l.n. 63. seqq. ubi 29  
in sequentibus id in literis exterorum & territoriorum no-  
strum tantum transeuntibus quoque locum habere sta-  
tuit, cum Principis potestas se ad omnia quae in territo-  
rio sunt extendat, illaque apertura non tam ut alteri no-  
ceamus,

ceamus, sed potius ut nostrae defensioni prospiciamus suscepta, et ex hac ratione pro illicita reputanda non sit,  
 30 arg. L. 24. f. 12. ff. de dann. infect. quod multo magis dicendum erit si literae istae sint hostium, & credamus ex illis nos notitiam quandam de statu ipsorum comparare posse. Vid. Franc. Pfeil, Conf. 195. Conf. ea, quae habet Grot.  
 31 de Jure Belli & Pacis l. 3. c. 1. f. 5. Quid in literis legati apud nos existentis ad principalem & vice versa ad legatum missis juris sit, & an illis apertis exinde novellas a Legato ad Principem per scriptas resuscitere liceat? Vid. apud Ebertum de Immunit. Legat. memb. 2. sect. 1. n. 49. ubi id affirmat contra Wicquefort, qui contrarium, adductis in exemplum lis, quae Londini Aloysio Contarini Legato Veneto, & Dno de Sabran Residenti Gallico hoc seculo contigerunt, statuit. Vid. les Memoires touchant les Ambassadeurs P. I. p. m. 361. seqq.

32 Addendum quoque hic erit non quidem ex hoc superioritatis territorialis, imperii tamen jure, Praelato permisum esse literas religiosorum suorum aperire, earumque contenta per legere, idque tum ex religionis statuto aut consuetudine, tum ex suscipione probabili, quod mali aliquid contineant. Vid. Busenbaum. Theol. moral. l. 5. c. 3. dub. 2. n. 3. Less. de Just. & Jur. l. 2. c. 12. dub. 18. n. 131. Barbos.  
 33 ad c. 33. X. de offic. de leg. n. 3. & dominum quoque feudi; ob vinculum quo ipsi Vasallus tenetur & cuius intuitu sub pena privationis feudi nihil contra dominum vasallus suscipere potest, habere jus literas Vasallorum resignandi, & quid in illis contineatur cognoscendi; Vid. Vivius dec. 62. n. 8. Nicol. de Passeribus de scriptura privata l. 3. dub. 1. n. 22. Ricc. p. 5. decis. collect. 1029.

Hæc

Hæc de Novellis a civibus ad alios, & ab aliis iterum ad cives perscriptis ac evulgatis, Superiorisque circa easdem jure dixisse sufficiat; agendum nunc de novellis ad Principem, acque ejus vice justitiam administrat, magistratum, de illis, quæ in Provincia geruntur perlati, & quid circa eas Superiori incumbat ac illis confessim fidem adhibere, denuntiatumque pœnæ subjicere possit? Antiquitus quidem in Germania ejusmodi judiciorum exempla exstisit, ubi statim qui alicujus delicti reus postulabatur, absque ulteriore probatione, nec admissa quidem ejus defensione, pœnæ ordinariae subjectus est, dubitare nos non sinunt ea, quæ ex aliis autoribus affert Schottel. *de singular. quibusd. & antiqu. in Germania jurib. c. 29.* ubi *s. s. ex Chyræo in Saxon. l. 3.* mentionem facit judicij illius Westphalici occulti, des Wehmgerichts, quod a Carolo M. institutum esse dicunt, data quibusdam personis secreto potestate, si quem cognoverint rerum novarum & molienda seditionis cupidum atque autorem esse, illum statim absque longiori disputatione suppicio afficiendi, de quo judicio videri quoque poterunt Scriptores all. a Conringio *de Judic. Reip. German. s. 40.* Wehner *Observ. Pract. voc. Westphälisch Fraygericht.* Et merentur omnino huc adscribēa, quæ de ejusmodi judicio in Comitatu Wolpensi & Vogteya Rodewaldensi olim usitato, postea vero ab Erico Seniore Duce Brunsuicensi & Luneburgensi sublato idem Schottel. *s. n.* refert: Wenn daselbst die heimlichen Richter und Schöppen in ihrem Gebiet einen gewußt, der sich nicht allzurichtig in seinem Handel und Wandel verhielte, haben sie denselben für erst eine wohlmeinende und heimliche Warnung gethan, neinlich ihm bey Nachschlaffender Zeit ein Zeichen an seine Thür gemacht, auch im Bechen und Gelagen die Kanne, Krug oder

D

Glaß

Glaß für ihm übergehen lassen. Wenn er denn von seinen Unthaten nicht abgelassen, und sich nicht gebessert, und man unversehens das Gericht gehalten, haben sie alle an dem Orte des Gerichts erscheinen, und sich unter blauen Himmel niedersetzen müssen. Denn sind die Richter und Schöppfen mit Stricken zu ihnen kommen, im Kreis dreymahl verumbgezangen, und alle zugleich folgende Worte gesprochen: Wer ein froher Mann ist, der sitze still. Wer sich nun einer Misshandlung sich schuldig gewußt, der hat wohl mögen aufstehen, und davon gehen, und durft ihm niemand folgen, der hat aber damit sein Guth verwircket, welches der hohen Obrigkeit, und ein Theil an das Gerichte angefallen. Bleibt er aber sitzen, und Richter und Schöppfen kommen zum drittenmahl, so werzen sie ihm den Strick um den Hals, trecken ihn hin, und hencsen ihn an den nächsten dazu verordneten Baum, kommen wieder, und vermelden denen in dem Kreis durch das Urtheil, daß der, den sie jetzt hingeführet, recht gerichtet sey.

37 Verum hæc judicia cum nimius eorum abusus paſſim irreperet, hodie & merito quidem abrogata sunt; nec amplius aliquis poena ſubjicitur, niſi delictum priuſ legitime probatum, ipſique tempus ad peragendam ſuam deſenſionem relictum fuerit, quod & vult Imperator Valentinianus in l. 14. C. de accusat. ubi dicit, non debere judicem relationibus, etiam a publicis personis factis, credere, ſed in rei veritatem inquirere; quaꝝ ſententia quoque eſt Imperatoris Hadriani Julio Secundo reſcribentis, non eſſe utique epiftolis eorum credendum, qui quaſi damnatos ad præſidem remiſerint, quia non omnes ex fide bona eloſia ſcribere compertum eſt. L. 6. ff. d. cuiſod. & exhibit. 38 reor. Reſpiciet itaque Magistratus ante omnia ad perſonam

nam illius, qui ipsi ejusmodi novellas assert, Brunnem.  
*Proc. Crim. c. 4. n. 23. Oldekop. Observ. Crim. tit. 2. n. 19. Damhouder. Prax. Crim. c. 6. de denunc. n. 12.* Sæpius enim malitiosi homines talia spargunt, ut alii tantum ægre faciant, illosque in suspicionem admissi criminis apud vulgum deducant, notum enim est vulgatum illud: *Calumniare* 39  
 audacter, semper aliquid hæret, quod in tantum solent extendere, ut procedat licet nominentur testes de facto informati. Brunnem, & Oldekop, *dd. II. ex Claro l. 5. f. f. qu. 5. n. 4.* quo casu tamen concedunt jūdicem posse examinare testes, quasi in autorem harum Novellarum, & hac ratione ipsum quoque delictum deregere. *Singulare* 40 omnino est quod à Venetis, in causis publicum statum concernentibus, notat de la Haye *dans la Politique, civile & militaire des Venetiens* c. 2. his verbis: Ils ont encor une denoncie touchant les affaires d'Etat, & celle là est plus dangereuse, & la plus à craindre, puis qu'un homme marqué & denoncé par un billet, jetté incognito dans la bouche de cette fatale denoncie, est d'abord appréhendé, & étant confiné dans un cachot horribile, ne sait ny peut scavoir la cause, qui l'a jetté dans ce precipice, jusqu'à ce que leur confrontant par une petite fenêtre celuy ou celle qui l'a accusé, il le peut bien excuser, mais d'ordinaire n'étant point cru, veu l'extraordinaire jalouſie, ou ils vivent de leur liberté, est condamné au canal, qu'ils appellent Orphano, qui est le lieu cruel de leur dernier supplice, & font perir l'accusé de quelque condition qu'il soit, l'attachant sur une planche entre deux barques, un boulet de Canon aux pieds, & l'autre à la tête. Ce que j'ay appellé Denoncies, sont certaines bouches cizelées hors d'encre dans les murailles du Palais, qui répondant à certains canaux de pierre, dont les

D 2

sena-

senateurs du Conseil de dix ont les clefs, recoivent les billets fuites, qui tous les seirs sont visitées de ces dix Principaux, ou de ceux, qui parmy eux sont en service.

41 Quamvis vero Scaccia de Judic. l. n. c. 55. n. 2. ob c. 24. X.  
*de accusat.* requirat, ut antequam quis tales novellas proferat alterum prius charitatively, uti dicunt, admonuerit, in tantum ut hoc neglecto repelli, nec audiri debeat, cuius formam in clero, Episcopum suum monente, progenio latinitatis suæ nobis suggerit Speculat. *Jur.* l. 3. p. 1. *de nuntiat.* s. 2. n. 4. his verbis: Domine dicitur de vobis, quod habetis concubinam, quod esse non debet. L. 19. C. de Episc. & cler. & quod luditis ad tabulas, *Aurb.* interdicimus C. eod. vel conversationem nimiam cum tali vestra nepte habetis, c. 15. X. *de presumt.* c. 1. *Distr.* 34. unde moneo vos charitatively & pro Deo quod ab hujusmodi cesseris, nec sitis prodigus famæ vestræ c. fin. X. *de accusat.* cum in odore bonæ famæ debeatari c. 14. X. Eod. quia crudelis est  
 42 qui negligit famam suam c. 10. n. 12. qu. 1. Verum hæc de foro ecclesiastico & evangelica denuntiatione, quæ tanquam correctionem & penitentiam proximi intendit, intelligenda erunt, nequaquam autem de foro seculari, & ubi ad punienda delicta liberandamque Remp. a malis hominibus agitur. Vid. Zigler. *ad Lancellor.* l. 4. 2. 1. §. 1. verb. *Char-*  
 43 *tarivá monitione.* Durand. *Specul. Jur.* l. 3. p. 1. n. 10. seqq. Utrum autem veritatem novellarum proferens eas vel juramento, uti vult Damhouder *Prax. Crim.* c. 6. n. 10. seqq. vel etiam tortura evincere debeat? de eo vid. Tabor. *tr. de Confroniat.* diss. 2. tb. 15. seqq. it. *de tortura.* c. 4. §. 17. seqq. & *tr. de indic.* delictor. *ad s. 31. Const. Crim.* §. 11. seqq. & qui ubi allegantur Dres.

Quod

Quod si hujusmodi Novellæ non ad ipsum judicem 44  
 delatae sint, sed promiscue in vulgus spargantur; das sine  
 gemina Re de aiso ist, ne sic quidem Judex illis tuto inni-  
 ti poterit, sed inquirendum ipsi est, unde illæ originem  
 traxerint, nec sufficit si aliquis dicat se hoc publice au-  
 divisse, sed autoris recordari non posse. Vid. Dn. Stryk.  
*de Jur. sens. diff. 3. c. 4. n. 10. seqq.* Nominanda itaque certa 45  
 persona, cum requiratur, ut hujusmodi Novellæ pro au-  
 toribus habeant viros impartiales, ut vulgo loquuntur, sive  
 vacuos ab omni sinistro & corrupto affectu, quorum  
 enim affectus cupiditate aliqua vel odio corrupti sunt,  
 non possunt liquidum ferre testimonium *c. 7. X. de accusat.*  
*L. 1. §. 24. & 26. ff. de question.* nec autores hic admittun- 46  
 tur qui viles ac leves sunt, sed honesti & cordati requi-  
 runtur; ut enim in telo plurimum interest a qua manu  
 veniat, sic in verbo & sermone multum refert ex quali  
 corde & ore profluat. Tabor. *d. tr. de indic. delict. ad §. 25.*  
*Conf. Crim. §. 13.* Vana siquidem vox populi non attendi- 47  
 tur *L. 12. §. 1. C. de pœn.* & fama quæ in ronstrina, stabulo,  
 aut muliercularum circulis nata est famæ nomen non  
 meretur, sed rumoris tantum, ac per se ne quidem ad in-  
 quirendum contra aliquem, multo minus ad torquendum  
 aut condemnandum sufficit. Dn. Stryk. *d. diff. 3. c. 1. n. 48.*  
*& c. 4. n. 32.* Tabor. *d. §. 13.* Maurit. *Conf. Chilon. p. 1. Conf.* 48  
*23. n. 38.* Imo nec hoc sufficit novellas iſtas a viris honestis  
 primum provenisse, sed multum hic interest an illi rice-  
 quæſiti, directo & positive, vel etiam jurato aliquid af-  
 serverint, an tantum extrajudicialiter & indefinite atque  
 conjecturaliter aliquid protulerint, quod postea ab incau-  
 tis id audientibus pro veritate ſæpius recipitur, notante  
 Tabore *d. tr. §. 15.* qui postea *§. seq. 16.* optime hæc, quæ 49  
 ad hanc materiam in primis ſpectant, ſubjicit, aliquando  
 viros

viros honestos videri & non esse, sed variis vitiis intus  
 & in eute scatere & obnoxios esse. Quotusquisque enim,  
 pergit, mortalium licet in dignitate constitutus, non illis  
 succumbit vitiis, ut obtestationes libenter audiat, nova  
 undicunque conquerat, invidia aut æmulatione corripia-  
 tur? Videas etiam eruditos aliquando viros, maxime  
 qui conscientiam non adeo adstrictam habent, & satyricis  
 ingenii prædicti sunt, non tantum oblectari detractioni-  
 bus, susurris, sarcasmis, cavillationibus, sed easdem etiam  
 voce & calamo maligne disseminare, atque in eo campo  
 quam lubentissime vires ingenii & eloquentiæ suæ ex-  
 periri? Quot convivia, quot symposia numerabis insti-  
 tuta, in quibus proximus absens & sæpius innocens ma-  
 teriam fabulæ ac laticiæ non præbuerit? Hic prima  
 quæstio est, quid novi? Respondet alter, nihil admodum  
 ajunt tamen hunc commisso stuprum, illum adulterium:  
 illum furem, hunc veneficum esse. Unde enim homini  
 obscuro tanta eruditio? quomodo tam facile, tam mira-  
 culose emergeret, qui infimæ conditionis erat, nisi malis  
 dæmoniorum, sive, ut eruditi vocant, spirituum fami-  
 liarium artibus uteretur. Hæc a viris in speciem gravibus  
 & honestis sine circumspetione enunciata, circum-  
 stantes pueri, ancillæ, famuli excipiunt & passim divul-  
 gant: Ecce Tibi famam ab honestis viris ortam! Acce-  
 dat alius qui dicat se id credere, vixisse enim illum & il-  
 lam a teneris valde libere & liberaliter, aliquando etiam  
 osculum admisisse & æthiopissam consuluisse. Habemus  
 jam famam per omnia requisita confectionam, sed falsam ta-  
 men & fallacem. Haec tenus Tabor: cuius verba, quæ &  
 a Brunnem. ad L. 3. ff. de testib. n. 14. relata sunt, adducere  
 volui, cum ex illis perspicue satis constet, quam pericu-  
 losum sit ejusmodi novellis nimium inniti, & quam ne-  
 ces.

cessarium Magistratui sit, a fama legitima rumorem di-  
scernere, de quo pluribus videri poterit Dn. Stryk. d. diff.  
3. c. 4. per tot. Illud saltem adhuc monere volui, si fama, 51  
unde hæ novellæ ortæ, omnia sua requisita habeat, & per-  
sona, quæ per illam petitur, talis sit, ut in eam suspicio  
cadere possit, quod omnino requiritur, Vid. Tabor. *de*  
*indic. delict. ad s. 31. Const. Crim. s. 24. & tr. de confront. diff. 4.*  
*c. 2. s. 13.* Magistratum omnino inquirere & veritate in-  
vestigata pœnam statuere debere; Brunnem. *Proc. crim. 52*  
*c. 4. n. 3.* quod, uti de criminibus magnis & scandalosis,  
per quæ Reipublicæ tranquillitas turbatur, nullum habet  
dubium, Vid. Carpzov. *Prax. Crim. p. 3. qu. 107. n. 23. seqq.*  
ita ad alia quæcunque etiam, dummodo ulla lege prohi-  
bita & contra legem commissa sint, trahit & prolixe de-  
ducit Brunnem. *d. tr. c. 5. per tot.* cuius tamen sententiam 53  
ad illa, quæ vel principaliter contra salutem publicam  
tendunt, vel quorum inquisitio Magistratui specialiter  
per leges publicas demandata est, restringendam, & in  
aliis, citra implorationem partis læsæ, *Judicem proce-*  
*dere non posse existimarem.*

CAP.

## CAP. III.

DE PRAEMIIS EORVM, QVI NO-  
VELLAS PROFERVNT.

## SVMMARIA.

**C**onnexio. n. 1.

Qui Novellas attulerunt variis  
præmiis affecti sunt. n. 2. seq.

De Donis que Legatis sub discessum  
dari solent, remissive. n. 5.

Etiam a privatis nonnunquam ob le-  
tum nuntium allatum pecunia exi-  
gitur. n. 6. seq.

Quantum exigi hoc casu possit? n. 8.  
seq.

Que Administratores Republicæ hoc  
modo solvunt in rationes publicas  
referre possint. n. 10.

Annon ultra hanc summam ultro ali-  
quid offerre licet? n. 11.

An qui alicui denuntiat se res amissas  
invenisse præmium petere possit?  
n. 12. seqq.

Ultero oblatum accipere potest. n. 15.  
Quid si ab initio præmium promissum?

n. 16.

Qui delicta denuntiant certis præmiis  
afficiuntur. n. 17. seq.

An delinquenti qui seipsum magi-  
strati fessit præmium debeatur?  
n. 20.

An quis teneatur se ipsum deferre?  
remissive. n. 21.

Deciditur quest. n. 20. mota distin-  
ctione. n. 22. seq.

**P**ostquam præcedentibus capitibus de Novellis & quid  
circa easdem Magistratui incumbat egi, superest ut  
effectum quoque juris, quem Novellæ in personis eas  
proferentibus sortiuntur, paucis explicem, qui vel in  
2 præmiis, vel pro re nata in pœnis consistit. Et præmia  
quidem quod attinet, constat jam ab omni ævo illos, qui  
Novellas de re bene gesta, aut alia materia, publicam  
laetitiam inducente, attulerunt, præmiis affectos esse non  
vulgaribus, imo quandoque certum quoque præmium  
illi, qui primus omnium de re aliqua attulisset quicquam,  
3 esse constitutum. Cujus rei insignis locus occurrit apud  
Comij.

Cominæum *Comment. Rer. Gallic. l. 8. in pr.* ubi postquam de Ludovico XI. Rege Galliæ dixisset, eum certos constituisse cursores, qui per dispositos equos incredibili celeritate iter conficerent, per quos illico de fortuna Caroli Burgundi cognoscere posset, addit: Ei, qui primus omnium aliquid memorabile attulisset, munus aliquod dabant, & priusquam aliquid afferretur, dicebat, se liberamente ei, qui prius nuntiasset, daturum. Per Bocagium & me certior factus fuit de prælio ad Moratum facto, & utrumque insigni dono cohonestabat &c. Neque ho- 4 diernis moribus illud ab usu recessisse quotidiana testatur experientia, quæ utut plurima suppeditat exempla, quæ nullo negotio recenseri possent, in præsenti tamen sufficiet illam duobus in medium allatis exemplis stabilivisse, quæ, dum hæc in chartam conjicere paro, novellæ hebdomadariæ eadem die ad nos retulerunt, Principem scilicet de Vaudemont, cum primus Imperatori de victoria contra Turcas obtenta referret, Generalis copiarum equestrium ductoris charactere auctum, & Secretarium Prior, cum Parlamento Anglicano pacem inter Regem Galliæ & M. Britannia initiam esse nuntiaret, 200 libris Sterlings 5 mactatum esse; quæ omnia ulterius exemplis quoque dominorum, quæ Legatis ab aliis Principibus non tantum negotia tractandi, sed & victorias, novas nuptias, nova conjugum puerperia, aut alios prosperæ fortunæ eventus nuntiandi causa ad alias missis, sub discessum solum dari solent, corroborari possent, si operæ id pretium fore existimarem; Videri interim poterit Dn. Kulpis *de Legatione. Stat. Imper. c. 18. per tot. Wicquefort dans ses memoirs touchant les Ambassadeurs part. 2. p. m. 339. seqq.*

Hoc tamen non prætereundum, quod, sicuti adhuc 6 hodie quandoque fieri consuevit, ut lætitiam ex novellis publi-

publicis conceptam secum retinere nec privati queant sed illum qui eas protulit non tantum varii laudibus prosequantur, sed & sepius muneribus afficiant, ita & olim apud Romanos idem non tantum obtinuerit, sed & illi qui publicæ latitiae materiam subditis nuntiabant, eo nomine pecuniam exegerint, nonnunquam etiam in exactione modum excesserint, ut Imperatores huic abusui sanctionibus suis obviam ire necessum habuerint; quam in rem notabilis est textus in L. 1. C. publ. latit. vel consul. numeratior. &c. ubi Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodosius in hunc modum Floro Præfecto Prætorio rescribunt: Quicquid nostrorum unquam nuntiari cœperit prosperorum, ut bella si desinunt, si oriuntur victoria fastus, si honor datus fuerit regalium, vel consulum, vel trabeorum, compositave pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus, hoc sine immodico pretio nuntiari excipiique sancimus: actum esse jubemus castissimum, indigentibus, non numerariis, esse præbendum: judices statuimus esse sollicitos, ne turpi coludio quaratur ex miseriis pretium gaudiorum. In qua lege licet pretium non determinetur, ex sequenti tamen, ex Basilicis restituta, lege apparet, illud ad sex solidos sive aureos restriictum esse, ita ut contra faciens quadruplum restituere teneatur. Add. L. 26. §. 2. C. de Episcopat. audient. licet antea gravior & quidem infamiae & privationis bonorum poena, tam in nuntiatores accipientes, quam in judices immoda præmia persolvi cogentes fuerit statuta 9 d. l. i. Verum hæc, cum Greenweg. ad d. l. i. dixeris ad Romanos mores spectare & abrogata esse, quod tamen indistincte ut concedam, vix adduci possum; licet enim differi nolim, quædam in his textibus reperiiri quæ ad faciem hujus seculi & Reipubl. constitutionem adæque comparari

rari & applicari nequeant; alia tamen in iis occurunt, quæ adhuc utique usum habere possum, nec genio seculi omnino repugnant, ut proinde generaliter recepto Jure Justinianeo & hæ Leges receptæ videantur, & in casu obveniente juxta eas pronuntiari debeat; Conf. quæ in genere de usu librorum posteriorum Codicis assert Tabor tr. de Oblig. successor. in offic. c. i. per tot. unde & pro usu ea- ründem pugnare videtur Perez ad C. d. t. n. 9. seqq. ubi 10  
n. 13. addit, ea quæ ab administratoribus Reip. nuntiatori- bus lata nuntia deferentibus donantur, rara & valida esse, adeo ut in rationes publicas sint referenda, nimis si nuntiaverint ea, quæ d. L. 1. proponuntur, felicem scilicet belli exitom, pacem compositam, Principis in provincia adventum, natum ei hæredem & similia. Add. Escobar de ratiocin. c. 24. n. 21. Illud certum est, si quis sciens & vo- lens auditio lætitia nuntio ultra præscriptum modum pe- cuniam donaverit, illud subsistere, nec eapropter accipi- entem pœnam quandam mereri, cum allegatae Leges de illis tantum, qui ab invitis alliquid ultra modum extor- quent, loquantur, & sicuti in genere cuilibet liberum de rebus suis disponendi arbitrium non est adimendum L. 21. C. Mandar. ita nec quisquam affectionis gratia donare vo- lens prohibendus erit. Arg. L. 5. ff. de donat. Perez ad d. t. n. 12.

Sed hæc quidem de Novellis, quæ causam publicam 12 concernunt; quid vero si privatum tantum alicujus statum respicjant, nonne & hic illi, qui latum ejusmodi nuntium assert, e. g. si rem ab altero casu forte amissam se invenisse dicit, licebit præmium aliquod exigere? Respondet Ulpianus in L. 43. §. 9. ff. de furt. illud quidem probe non peti, neque tamen illud potenter furtum facere videri, cuius 13 posterioris ratio in eo consistit, quod domino se rem amis-

sam invenisse indicet, eoque ipso ostendat se non furan-  
di animo eam sustulisse, ut dicit JCtus d. L. 43. §. 8. add.  
Ddres ad d. l. 43. & ad §. 47. J. de Rer. Divis. Christ. vol. 5. dec.  
14. n. n. Carpz. p. 2. c. 3. def. 15. n. 4. & seqq. & p. 3. c. 31. def. 18. n. 5.

14 prioris vero quod nullam operam investigationi rei amissæ  
impenderit, sed illa ipsi ultro obvenerit, & cum quilibet  
alteri rem suam restituere teneatur, cum quod suum non  
sit ad alium quovis modo pertinere facile scire possit &  
debeat, nullum justum prætextum habeat præmium. il.  
15 lud exigendi; Conf. Tabor. Racemat. Crim. 2. §. 36. Cæ-  
terum si dominus rei amissæ ultro illi, qui ipsi indica-  
verit se eam invenisse, præmium aliquod obtulerit, quin  
licite accipi possit nullum est dubium, Dn. Hopp. ad d. §.  
47. J. R. D. multa enim honeste accipiuntur, quæ minus  
honeste petuntur, L. 1. §. 5. ff. de Extraord. cognit. nec qui  
acepit, conditionem metuere necessum habet, cum ob  
causam & quidem non improbam acceperit. L. 15. ff. de  
16 Præscr. verb. Plane si certum præmium indicanti propo-  
situm fuerit, cuius exemplum Gothofr. ad d. L. 43. §. 9.  
ex Apuleji Afin. aur. l. 6. de Mercurio, præmium investi-  
gationis Psyches publico præconio ita edicentis, affert:  
Si quis a fuga retractare vel occultam demonstrare pote-  
rit fugitivam Regis filiam, convenient Mercurium præ-  
dicatorem, accepturus indicii nomine ab ipsa Venere  
septem suavia; conventionem istam subsistere & præ-  
mium præfinitum juste peti posse extra controversiam  
est d. l. 15. ff. d. præscr. verb. L. 4. §. 4. ff. de condic. ob turp.  
caus. add. Dn. Hopp. ad d. §. 47.

17 Quod si delictum aliquis fisco denuntiasset, vel alias  
de rebus ad ipsum delatis Novellas protulisset, illum de  
Jure Romano certo præmio, quod olim multæ dimidium  
erat

erat ex lege Papia Pompæa, postea vero a Nerone ad quartam partem est revocatum, unde & quadruplatores tales personæ dicebantur, donatum esse constat; Vid. L. 13. §. 1. L. 15. §. 3. ff. de. Jur. Fisc. ibique Ddres. item ad tit. C. de delator. Gryphiand. Oeconom. legal. l. 1. c. 35. n. 154. seqq. Alex. ab Alex. genial. dier. l. 4. c. 22. quod ipsum nec ho. 18  
die ab usu recessisse, sed certa præmia constitui solere, ut eo alacriores reddantur homines ad denunciandum illos, qui contra Principis noviter proposita edicta aliquid com-  
misere, experientia satis superque demonstrat, quæ ut multis in eum finem adductis exemplis corroboretur,  
operæ non erit pretium. Saltem hoc afferam quod ad 19  
morem illum apud Venetos receptum, cuius mentio c. 2.  
n. 40. facta, pertinet, de quo St. Disdler. *dans la description de la Ville & Republique de Venise* p. 2. pag. 255. ita dicit: Si le denoniateur ne fait pas scrupule de se declarer, il re-  
coit luy même la récompense, portée par les ordonnances, si non, en envoyant simplement par un inconnu, la moitié du papier déchiré du morceau, sur lequel il a écrit la denoniation, on luy conte la somme, sans autre formalité, que de vérifier ce témoignage en rapprochant le morceau de papier, à la moitié qui est écrité, pour voir si il l'y apporte. Sed quid si ipse delinquens Judicem ac. 20  
cesserit, sequitur ipsum indicaverit, numne & ita præmium ipsi debebitur? Exemplum Carocottæ refert Bodin. *de Rep.* l. 1. c. 1. n. 2. qui cum Cæsar Augustus decies Sester-  
tium millia se illi daturum, qui Carocottam, latronum principem, in Hispania vivum ad se duceret, publicis edictis fidem fecisset, re comperta sponte se Augusto Cæ-  
sari stitit, afferens se ipsum latronum ducem esse, quare ut Cæsar ipsi promissum præmium numeret, petiit. Cæ-  
sar ne publicam fidem & securitatem fregisse diceretur,

pecuniam illam delatori constitutam numerari jussit, &  
 21 impune Carocottam dimisit. Non inquiram jam an quis  
 in conscientia se ipsum magistratui deferre, & commis-  
 sum crimen propria sponte fateri debeat? cuius quæ-  
 stionis negativam vid. ap. Dn. Stryk. v. 2. disp. 15. de Jur.  
*Homin. circ. se ipsum c. 3. n. 35.* Ziegler. ad *Lancellot.* l. i. tit.  
 19. §. 6. & *Ddres ibi alleg.* sed tantum si casus talis contingat,  
 an juste præmium illud detur & delinquens dimittatur?  
 22 quod ut paucis expediam, constat quidem Jure Civili ob  
 voluntariam sui delationem pœnas mitigatas esse, L. un.  
*C. de his qui se defer. L. 5. §. ult. C. ad L. Jul. Maj. L. i. §. 26. ff.*  
 de *Quæstion.* & hodie id nonnunquam ita observari, appareat  
 23 ex iis quæ habet Carpz. *Prax. Crimin.* qu. 149. n. 23. Verum  
 an generaliter id afferi possit vehementer dubito. Cer-  
 tum enim est delictorum pœnas non esse ejusdem ge-  
 neris, sed quasdam Jure humano, quasdam vero Jure  
 24 divino esse statutas. Sicuti autem circa illas facile quis-  
 que Principis arbitrium agnoscat, & in ipsius voluntate  
 vel mitigationem pœnæ, vel si Reip. necessitas eam ef-  
 flagitare videatur, ejus remissionem positam esse conce.  
 25 det, ita e contrario si Jure divino pœna determinata  
 fuerit, cum tunc circa eas Princeps dispensare nequeat,  
 omnem facultatem remittendi pœnam delinquenti præ-  
 senti ipsi ademtam esse, sua sponte sequitur, ita ut ne-  
 quaquam præmio adhuc affectum dimittere possit.

CAPUT

# DE POENIS EORVM, QVI NO- VELLAS PROFERVNT.

## S V M M A R I A .

- Connexio. n. 1.  
Peccant, qui falsas Novellas pro-  
ferunt. n. 2. seqq.  
Committunt crimen scelionatus &  
puniuntur arbitrarie. n. 5. seq.  
Exemplum notabile ex Tabore. n. 7.  
An etiam capite puniri possunt? n. 8 seq.  
Qui falsi Novellis damnum dedit,  
teneatur ad illius reparationem,  
n. 10. seqq.  
Quomodo puniatur qui falso alterum  
de delicto ad magistratum detulit?  
n. 13. seqq.  
Quid si ex necessitate officii deferre  
debuerit? n. 16.  
Qui ad hostes Novellas perscribit per-  
duellionis reus fit. n. 17 seqq.  
Quid si ad amicos perscripservit? n. 22.  
An Legatus propter Novellas altor-  
sum transcriptas puniri possit?  
n. 23. seq.  
Quomodo puniendus qui contra Prin-  
cipis probationem Novellas divul-  
gat? n. 25.  
An proferens Novellas veras, in inju-  
riam tamen alterius tendentes, pu-  
niendus? n. 26. seq.  
Quid si Novelle nihil per se injuriosi  
contineant? n. 29.  
An illas proferens teneatur ad recan-  
tationem? n. 30. seq.  
An proferens excusetur, quod ab alio  
Novellas audiverit? n. 32. seqq.  
An & ille teneatur qui ejusmodi No-  
vellis injuriosi delebetur? n. 38.  
Gravius punitur proferens, si Novel-  
las illicito modo rescriverit. n. 37. seq.  
Quomodo puniantur Consiliarii divul-  
gantes consilia Principis? n. 41.  
Quomodo milites Novellas hostibus  
communicantes? n. 42.  
Quomodo vazalli credentiam domini  
manifestantes? n. 43.  
Quomodo sacerdotes que ipsis in con-  
fessione exposita propalantes? n. 44.  
seqq.  
Quomodo advocati causam clientis  
prodentes? n. 47.  
Quomodo medici morbum agroti ejus-  
que causam detegentes? n. 48. seq.

Quem-

**Q**uemadmodum illi qui Novellas Reipublicæ veletiam  
 privatis proficias proferunt, præmium merentur &  
 accipiunt, uti præcedenti capite dictum, ita e con-  
 trario qui falsas Novellas confingunt, vel in præjudicium  
 Reipublicæ, aut etiam proximi sui eas, licet sæpius veras,  
 proferunt, vel denique contra datam fidem & officii sui  
 rationem passim illas divulgant, graviter peccant, ac pœ-  
 2 nam non exiguam merentur. Et sane peccant, ut verbis  
 utar Fritschii *tr. de Novell. usu & abus. c. 4. §. 3.* ejusmodi  
 novellifices & spermologi non leviter contra Deum, contra  
 Remp. & contra proximum. Contra Deum, quippe qui veri-  
 tatem amat & mendacia execratur. Vid. *Lev. 19. v. 11. proverb.*  
*19. v. 5. Ephes. 5. v. 25. Coloss. 3. v. 9.* Contra Remp. publ. quam,  
 ut experientia docet, sparsione Novellarum fictiarum non  
 raro in periculum & perniciem conjiciunt. Contra prox-  
 imum, quem ludificant eumque vel tristibus Novelis tur-  
 bant, vel lætioribus vana spe lactant. Ac fatendum omni-  
 no est, esse pessimum hoc vitium, quod tamen pro vitio  
 non agnoscitur, hodie inter homines frequentissimum, de  
 quo etiam juste conqueritur Mengering *Scrutin. Conscient.*  
*c. 12. qu. 44.* ubi ita scribit: Frage dich nach dem achten Ge-  
 bot, ob du mit Avisen und neuen Zeitungen weidlich ins  
 Land gelogen, etwas vor gewiss und wahrhaftig ausge-  
 breitet und spargiret, das doch alles erfunden und erslogen  
 gewesen; So sind manche gesinnet, und thuns bisweilen  
 auch wohl Edelleute, die haltens vor eine grosse Ehre, wenn  
 sie einem so eine Blase oder Muschel machen können; oder  
 es bilden sich solche Phantassen was ein, und wie sie gerne  
 wolten, daß es wäre, so dürfen sie es vorbringen und aus-  
 geben, welcherley Lügen - Handwerk heut zu Tage sehr  
 gemein, und von niemand für Sünde und Unrecht will  
 4 erkannt werden. Nec ipsi tantum Novellarum artifices  
 pec-

peccant, sed & earum disseminatores, quando scientes hanc vel illam relationem esse falsam, vel valde dubiam, pro certa tamen ac verissima illam aliis venditant; neque inde excusantur, quod mundus velit decipi, & quod quilibet suæ credulitati imputare debeat, si falsis narrationibus ab alio deceptus fuerit. In foro namque conscientiae ejusmodi excusationes minime valent, cum veritas dicenda, & mendacia ac falsiloquia omnino vitanda sint, Fritsch. d. c. 4. f. 4. Quin etiam in foro exteriori pœnam merentur, & crimen stellionatus ejusmodi falsarum Novellarum architecti & divulgatores committrunt, Fritsch. d. tr. c. 5. f. 1. Matthæi de Crimin. ad L. 47. ff. tit. 13. c. 1. n. 6. Tabor. Racem. Crimin. de Stellionatu §. 17. Lauterb. ad tit. ff. de Stellion. n. 10. si enim quid dolo factum est ac titulus criminis specialis ac formalis deficit, agi de stellionatu debet, L. 3. f. 1. ff. de Stellionat. cuius criminis pœna cum ar. 6 bitraria & extraordinaria sit, L. 3. f. 2. ff. d. t. Tabor. d. 1. f. 26. Matthæi d. t. c. 2. n. 1. hinc autori & divulgatori falsarum Novellarum pœna quoque pecuniaria, carceris, relegationis, aut fustigationis pro qualitate circumstan- tiarum dictari poterit; Fritsch. d. c. 5. §. 2. & 3. quæ pœ- na etiam locum pro re nata habere poterit, licet forsitan intentio Novellas proferentis non adeo mala sit; arg. L. 30. ff. de pan. quemadmodum id pluribus deducetur est a Tabore, in Responso quodam dictæ Racemationi de Stel- lionatu annexo, nomine Facultatis Juridicæ Argentora- tensis conscripto, in casu, ubi quis falso reulerat sibi an- gelum apparuisse dicentem; mundum, nisi pœnitentiā Deus placetur, gravissimas eidem pœnas daturum, in ejus- que rei fidem angelum erepto sibi e manibus cultro vi- nitorio sex vites, quas secum attulerat, abscidisse, sibique tradidisse, quæ simul ac manibus eas attigerit, ita san- guine

F

guine

- guine stillarint, ut is per ipsius chirotheas ad terram us.  
 8 que defluxerit. Utrum vero haec falsas novellas proferentibus statuta extraordinaria pena ad mortem extendi possit? dubium est. Negat Lauterbach *ad tit. ff. de Stellionat.* sed præterquam quod ille falsa nitatur hypothesi, penas scilicet extraordinarias ad ultimum supplicium extendi non posse, quam refutatam vide a Matth. *d. Crimin. in prolegom. c. 4. n. ii.* de affirmativa eo minus dubitari debet, quod  
 9 I Cetus expresse in *L. 2. ff. ad L. Jul. Majest.* eum perduellionis reum atque ita ultimo supplicio afficiendum esse dicat, qui sciens falso conscriperit; quod de tali falso intelligendum, quando in magnum Reip. præjudicium aliquid fingitur & divulgatur. Vid. Matth. *d. tr. ad l. 48. ff. tit. 2. c. 7. n. 14.* Brunnemann. *ad l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. n. 9.*
- 10 Quod si per hujusmodi Novellas confictas alicui damnum datum sit, dubium non est, quin ad reparationem illius contra autorem Novellarum easque spargentem quoque agi possit, & cum illa actio de stellionatu tantum ad penam publice infligendam tendat, cum illa actiones rei persecutoriaz utique concurrant; Vid. Lauterb.  
 11 *d. t. inf.* Matthæi *d. c. 2. n. 1.* pertinetque omnino huc illud, quod habetur in *L. 1. f. 2. ff. de eo per quem fact. erit quo min. quis in judic. sif.* ubi Ulpianus dicit, etiam illum edicto Prætoris teneri, sive ab altero actione in factum conveniri posse, qui venienti ad judicium aliquid pronuntiaverit tristè, propter quod is necesse habuerit ad judicium non  
 12 venire; quod an hodie adhuc obtineat dubium est, cum actio illa a Prætore eam ob causam præcipue prodata fuerit, ut completa per hoc eveniens forsan præscriptione, contra nuntiantem, qui ita causa extiterat, quod citatus ad judicium non venisset, regressus actori ratione interesse sui daretur; hodie vero etiam per citationem solam jam inter-

interrumpatur præscriptio, & hinc ex parte auctoris vix aliquod interesse alligari possit; certum tamen est ad expensas retardati Processus, contra illum, qui in causa fuit, quod alter in judicio non comparuerit, agi posse, & ita quæ antea ex d. l. i. prolata sunt suam adhuc habent utilitatem. Conf. Dn. Stryk, in *Uso moderno*, ff. d. t. f. 2.

Cæterum si Novellæ ita confictæ alterum simul certi <sup>13</sup> alicujus delicti arguant, paratum huic ex praxi hodierna erit remedium *L. diffamarii* s. *C. de ingen. manumiss.* ut scil. autor in judicium veniat, delictum illud, quod inter cives divulgavit, legitimate probet, aut si hoc non fecerit, perpetuum sibi imponi patiatur silentium; quamvis forsan <sup>14</sup> rationi juris convenientius sit, ut actionem injuriarum contra autorem harum Novellarum instituat, hæc enim quin contra illum dari possit, dubitandum non est, cum omnia illa, quæ in contumeliam nostram proferuntur & tendunt, hac actione vindicari possint, ut ex generalibus juris nostri principiis per se satis est manifestum; Conf. *L. 6. f. 3. ff. ad SCr. Turpil.* *L. i. C. de Curios. & Station.* *L. un.* *C. d. famos. libell.* *Mev. p. 1. dec. 41.* imo præter hanc actionem etiam ad expensas & interesse harum Novellarum autor tenebitur, quemadmodum enim in civilibus victus victori in expensas condemnatur, ita quoque in criminalibus; *Carpz. p. 2. dec. 188. n. 14.* & si aliter diceremus via malevolis aperta esset, quoscunque indebite vexandi & traducendi. Quid & verum existimo in illis, qui ex necessitate officii de civium delictis Novellas ad magistratum perferre tenentur, dummodo manifesto constet illos falso, maligne & non ex boni viri officio eas ad magistratum detulisse, licet pro iis alias militet officij necessitas, quæ doli & malitiae præsumptionem excludit & satis excusat, *L. 5. §. 13. ff. de his quæ ut indign.* *L. 12. C. de Offic. Redor. Provinc.* *Mev. d. dee. 41. n. 12.*

F. 2

Hæc

- 17 Hæc de falsis & confictis Novellis sufficient; quod si veræ sint, nec tunc quidem extra omnem pœnam constitutæ erunt, si in præjudicium alterius tendant. Ac primo quidem loco de Novells agendum, ex quibus Principi vel Reip. potest contingere præjudicium, quorū pertinet quod in L. 1. s. 1. ff. ad L. Jul. Majest. criminis perduellionis reus dicatur, qui hostibus populi Romani, hodie Principis sui, nuntium, literasve miserit, signumve dederit; quod ipsum quamvis nonnulli cum Farin. *prax.* Crim. qu. 13. n. 217. & Decian. Tract. Crim. l. 7. c. 17. n. 4. ad Consiliarios, Secretarios & Feudatarios restringant, verba tamen generalia sunt, & ratio contra omnes subjectos militat, cum hostili animo sit, quisquis patriæ consilia hostibus renuntiat, unde & contra civem ita a Facultate Juridica Viadrina Mense Februario anni 1660. responsum refert Brunnum. ad d. l. 1. n. 6. vid. Matthai d. tr. ad l.
- 18 19 48. ff. tit. 2. c. 2. n. 10. Licet enim in L. 6. s. 4. ff. de Re miliar. & l. 39. s. 1. ff. de pœn. illis, qui hostibus consilia Principis renuntiant, pœna capitalis tantum dictetur, nec ibi vel publicationis bonorum, vel damnationis memoriæ, quæ pœnæ alias perduellionis sunt, fiat mentio, recte tamen Matth. d. l. monet publicationem bonorum olim omnibus pœnis capitalibus suissæ conjunctam, & damnationis memoriæ pœnam ex aliis Legibus suppleri debere.
- 20 Extendit vero hoc ipsum Matth. all. loc. generaliter ad omnem illum, qui Reip. aut Principis secreta dolo malo hosti prodit, adeo ut Medicus quoque, qui morbum & instantem Principis mortem hostibus prodiderit, perduellionis reus fieri possit, cum hac proditione ad res novas
- 21 accendantur. Nec dissimilem Mathematicorum causam esse censer, qui novandarum rerum studio, aut Principis interitum prædicunt, aut regnum affectantibus spondent, nec

nec non eorum, qui Mathematicos ea de causa consulunt,  
adductis hanc in rem Tertulliani verbis, dicentis: Cui  
opus est, perscrutari super Cæsaris salutem, nisi a quo ali-  
quid adversus illam cogitatur, vel optatur, aut post illam  
speratur, aut sustinetur?

Sed quid si non ad hostes, sed amicos forte Principis <sup>22</sup>  
Novellas istas præscripserint? Existimo hic distinguendum esse, an personæ novellas aliis communicantes specia-  
liter ad silentium servandum obligatae sint, an non; il-  
las indistincte sive nocendi animo id fecerint, sive non,  
tanquam perjuros & qui contra officium suum egerunt  
puniendos. Farin. d. qu. 113. n. 218. & 221. in his vero, quo  
animo id fecerint, attendendum esse puto. Unde quæstio-  
nis est, an Legatus aliquis, qui in aula Principis, ad quem  
missus est, arcana consilia penetrat, eaque Domino suo  
fideliter transcribit, eapropter peccet? quod, modo illi-  
citis mediis non utatur, non videtur; quamvis enim Prin-  
ceps ægris subinde oculis intueatur, vix dicto, vix propo-  
fito consilio, illud apud alios, exteros scilicet, revelari;  
non tamen pervideo, quomodo legato hoc pro crimine  
imputari possit; quippe qui suo perfungitur officio, nec  
ejusmodi dolus simpliciter pro illicito haberi potest. Vid.  
Kæstner de Jur. Correspondent. c. 2. th. 14. Grot. de J. B. & P. I.  
3. c. 1. §. 5. Et nescio fane, an factum illud Gallorum, quan- <sup>24</sup>  
do Wicquefortium, eo tempore Residentem Brandenbur-  
gicum Parisis agentem, ob relationes suas aulæ Gallicanæ  
invisum, prium Gallia exire jusserant, & cum iusso pa-  
rere statim nollet, in Bastiliæ custodiam, mox addito mi-  
litum præsidio Caletum abduxerant, inde in Hollandiam  
trajiciendum defendi possit, licet ille officii limites exce-  
sisset, & in Belgium, de neptibus Mazarini, de amoribus  
Regis, & ejusmodi aulæ fabulis scripsisset. Unde & fa-

Etum apud Electorem postea excusarunt, de quo Puffendorff, de reb. gent. Frid. Wilh. Elect. Brandenb. l. 7. §. 54. in f. & ipsum Residentem elapso spatio trium mensium, ut in Galliam rediret, rogarunt, dato ipsi quotannis salario mille thalerorum, de quo ipse agit *dans les Memoires touchant les Ambassades*, p. i. p. m. 425.

- 25 Cæterum si quis ex civibus contra solem Principis vel Magistratus prohibitionem, (posse enim Principem ex justa causa prohibere ne quis Novellas, qualescunque etiam sint, spargat, supra dictum est,) divulgaverit ea, quæ vere in civitate gesta sunt, illum ea pena plebiscitum esse puto, quam Magistratus in violatores mandati constituit, si vero certa penæ species mandato non sit inserta, arbitraria habebit locum. Vid. Fritsch. d. tr. c. 5. §. 4.
- 26 Quod si Novelle istæ in præjudicium tertii privati prolatæ sint, tunc siquidem falsæ reperiantur, quid remedii læso competat, supra n. 10. seqq. jam est expositum; sed
- 27 si veræ sint, anne tunc proferens illas ab omni penâ & injuriarum actione immunis erit? Ita videtur; cum peccata nocentium nota esse & oporteat & expedit, modo proferantur legitimo modo, id est in tali loco, ubi manifestatio erat necessaria, vel si ad magistratum deferantur a personis deferre non prohibitis, aut si omnia ita agantur, ne quis contra jus agendo ullam præbeat de se injuriandi significationem L. 18. pr. ff. de injur. & ad illam Dn. Hopp. special. dissert. membr. 3. §. 23. nec enim per clancularias suggestiones & extrajudiciales diffamationes proximum lèdere oportet. L. un. C. de famos. libell. Stephan. ad
- 28 Const. Crim. arr. no. n. 6. Mev. p. 3. dec. 357. Si autem in modo proferendi has Novellas aliquis peccet, libido & voluntas injuriandi in proferente præsumitur, quæ non attenta

tenta veritate & Reip. utilitate castiganda, ut alii etiam  
pœnæ exemplo deterriti noverint, non satis esse, quid  
fieri reēte, nisi etiam id fiat rite & legitime. Vulej. ad §. i. 7.  
de injur. n. 3. in f. Cravett. Conf. 145. Oldrad. Conf. 53. Brunnem.  
ad d. L. 18. n. 2. § 3. & ibi all. Ddres. Neque distinguendum 29  
hic existimarem, an per Novellas istas delictum aliquod  
alteri imputetur, quod scire Reip. interest, an vero aliud  
aliquid de altero spargatur, quod saltem ipsius existima-  
tionem lœdit, & in contumeliam ipsius tendit; quorūsum  
refero, si divulgetur alterum esse spurium, laborare mer-  
bo gallico, ab hac vel illa virgine repulsam tulisse &c. Conf.  
Matthæi de Crimin. ad L. 47. ff. t. 4. c. 1. n. 8.

His casibus tamen, quando nimis Novellæ in rei 30  
veritate se ita habent, vel tantum ad contumeliam aliquo-  
jus tendunt, famæ vero lassionem non respiciunt, ille qui  
eas protulit, ad recantationem condemnari nequit, cum  
haec non tam ut vindicetur injuria, quam ut revocetur con-  
victum, quod alter per mendacium alteri objecerat, impo-  
natur, & hinc injuriantes in ipsis formalis revocatoris se  
ipsos mendaces profiteantur, evomitasque injurias, tan-  
quam fictas & commentitias, rursus se devorare dicant;  
quod ridiculum foret, si prolatæ veritati essent consentanea.  
Vid. Brunnem, ad L. 21. ff. de injur. n. 5. Berlich. p. 5. concl. 62.  
n. 23. Ketler. p. 1. dec. 68. n. 11. Sande des. Frisi. l. 5. t. 8. def. 7.  
quin tamen affinis illa reparatiōis honoris species, depre- 31  
catio scil. publica, etiam his casibus dictari possit, dubitari  
non debet, cum certum sit hujusmodi Novellas non nisi  
hac intentione, ut alteri agre fieret, esse prolatas, & haec  
deprecatio etiam, tunc quando aliquid veri subest, locum  
suum inveniat. Conf. Hartung. de action. ad palinod. §. 19.  
Carpzov. p. 4. c. 49. def. 5. & Prax. Crim. p. 2. qu. 96.  
n. 55. seqq.

Illud

- 32 Illud proferentem non excusare certum est, quod indicare possit illum, a quo Novellas istas in injuriam alterius tendentes audivit, cum non minus propalando alterius estimationem laedit, quam ille qui primum eas protulit, unde & germanico proverbio dicimus, *Wehrmann haben hilft nicht, & in L. un. C. defamos libell.* famosi libelli invento, si eum divulgaverit, perinde ac si ipse autor esset punitur Conf. Carpz. Prax. Crim. p. 2. qu. 96. n. 69. Dn. Stryk.
- 33 de Jure Sens. diss. 3. c. 3. n. 59. Dn. Hopp. ad pr. J. de injur. quare consultum foret proferenti has Novellas, ut ex consilio Coler. p. 1. dec. 161. n. 42. protestatione sibi prospiciat, quod non injuriandi animo haec & talia referat, quamvis an protestatio hujusmodi semper aliquid operetur admonitione dum dubitem. Interim tamen recte norat Dn. Stryk. d. c. 3. n. 62. Judicem circumstantias attendere debere, & quidem an cum talibus collocutus sit, qui jam antea illarum Novellarum notitiam habuerint, cum tunc animus propalandi fingi non possit, ubi nihil incognitum aliis recenso, sed de re omnibus nota cum altero colloquor; item
- 35 an aliquis tales Novellas relative tantum & dubitanter aliis enarret, an vero simul illas veras esse statuat; hic enim majoris culpæ reus est, dum non tantum dictis suis adstipulatur ipse, sed & alios ad credendum invitat, ille vero,
- 36 nec quæ recenset, credit ipse, nec alios ut credant inducit; porro an quis inter privatos parietes inter amicos tales Novellas protulerit, & quasi sub fide silentii illis crediderit, an vero in loco publico & plurium hominum conventu eas exposuerit, hoc enim casu facilius animus injuriandi praesumitur. Dn. Stryk. d. c. 3. inf. ubi hanc in
- 37 rem responsum Facultatis Viadrinæ recenset. Quibus denique Matthæi d. tit. 4. c. 1. n. 4. accenset, si quis non dolo malo, sed garrulitatis vitio talia effutierit, & tunc eum, laudato

laudato autore, liberandum existimat; garrulitas enim proprie dolus non est, alioquin omnes mulieres dolose facerent, cum plena rimarum hac atque illac perfluant, imprimis incidentes in callidum percunctatorem.

Utrum vero & ille, qui ejusmodi Novellis in proximi ignominiam tendentibus delectatur, injuriarum teneatur? quæstionis est; quam negandam existimo, solum enim illud gaudium, quod super cognitione factorum proximi concipitur, quamvis in conscientia vix excusari possit, & complacentia quoddam, ut Moralista loquuntur, delictum involvat, in se injuriosum non est, nisi quædam harum Novellarum & quidem expressa accedat approbatio; Vid. Dn. Stryk. Vol. 3. Disp. 13. de Curiosit. c. 5. n. 6. & seqq. ubi citat Lessium de J. & J. l. 2. c. 11. dub. 4. n. 19. quærentem, an qui ita istis Novellis delectatur, mortaliter, an venialiter tantum peccet.

Caterum aggravat hoc delictum & penam etiam, si quis illico modo has Novellas resciverit & postea propalaverit; vid. Dn. Stryk. diff. de Credent. revelat. c. 1. n. 24. quorsum refero, si quis alienas literas aperuerit, & ex illis Novellas illas didicerit, hic enim insuper crimen falsi incurrit & pena arbitria afficiendus est. Farin. Prax. Crim. qu. 150. n. 121. seqq. Decian. rr. Crim. l. 7. c. 17. n. 46. Hæpping. de Jure Sigill. c. 14. n. 56. & 71. ubi ex Gylmanno refert in Camera ira judicatum esse. Pertinet quoque huc si quis 40 magicos divinatores consuluerit, & per Chrystillum, speculum aut vitrum politum aliquid resciverit, nam & hoc illicitum est & penam arbitriam meretur. Vid. Carpz. Prax. Crim. p. 1. qu. 50. n. 64. Berlich. p. 4. c. 5. n. 94.

- 41 Jam ad illos pergo, quos vel promissa silentii fidet, vel simul concurreas officii ratio a divulgandis Novellis arcet, & si id nihilominus fecerint punibiles reddit. Inter quos primo loco occurront Principis consiliarii, qui si ea divulgaverint, de quibus in consilio Principis actum est, poenam incurront & minimum ab officio removeri possunt, de quodam supra n. 18. seqq. actum est, add. Menoch. Vol. 2. Conf. 175. n. 24. seqq. ubi nonnullas
- 42 hoc in casu apud gentes receptas penas recenset. De militibus itidem jam supra dictum fuit, quod prohibeantur Novellas ad hostes perscribere; si contra fecerint pena capitali afficiuntur, præprimis si ex locis obsecris ad hostes scribant. Vid. Thürbrandenb. Kriegsrecht, art.
- 43 Diether, addit ad Besold. thesaur. Præl. voc. Correspondenz.
- 43 Ad exemplum militum idem in vasallis, qui & ipsi milites vocantur. 1. F. 21. pr. Struv. Syntagm. Jur. feud c. 10. §. 7. n. 1. juris est, si enim hi credentiam domini manifestent, id est, ea quæ in consilio domini geruntur aliis communient, si id dolo malo & in præjudicium domini fecerint, feudo privaturn. 1. F. 17. Vid. pluribus hæc deducentem Dn. Stryk. vol. 3. diff. de credent. revelat. c. 3. n. 4. seqq. unde hinc etiam est, quod Domino competit potestas aperendi Vasallorum literas; de quo dictum c. 2. n. 33.
- 44 Sacerdotes ea, quæ ipsis in confessione revelata manifestare non debere certum est; vid. prolixe Dn. Beyer tr. de sigill. confessionis, ubi materiam hanc per varias ampliations & limitationes deducit; si contra fecerint, quin a confessore injuriarum & ad interesse conveniri possint nullum est dubium. Carpz. Jurispr. Eccles. 1. 3. def. 98.
- 45 Carocc. de revelat. confess. qu. 1. n. 22. imo præter hanc privatam actionem de Jure Canonico etiam poenæ depositionis,

tionis, & ut omnibus diebus vitæ suæ ignominiosi peregrinando pergant, ipsis dictatæ sunt c. 2. de pœnit. diff. 6. quarum prior postea repetita, posterior vero in detrusionem in monasterium mutata, c. 12. X. de pœnit. & remiss. apud nos vero sola depositionis pœna recepta est. An 46 vero præterea criminaliter quoque puniri possint dubium est, quod non leviter inferre videntur exempla illa apud Beyer, d. 1. sed. i. c. 4. n. 10. seqq. exstantia, ubi tam suspendio, quam vivicomburio affecti leguntur. Verum fundant se hæc exempla in suppositione Catholicorum, subesse hic sacramentum, quod postea violatum est; quam sententiam dum nos non agnoscimus, pro quantitate admissi extraordinariam quidem infligi posse pœnam, judicem tamen semper in mitiorem partem propendere debere existimo. vid. Dn. Stryk. d. diff. c. 4. n. 43.

Advocati si ea quæ ipsis concredita sunt propalant 47 & evulgant, ut adversario innotescant in prævaricationis non minus ac falsi crimen incident, & non tantum infamia notantur, L. 1. & 4. §. 4. ff. de qui not. infam. ac ab officio removentur, arg. L. 5. ff. de prævaricat. sed & extraordinarie mulcta, carcere aut relegatione puniuntur & ad omne interesse clienti suo tenentur. L. 1. §. 1. in f. L. 2. ff. de prævaricat. Carpz. p. 1. dec. 9. Richter p. 2. dec. 85. Conf. Lauterb. Coll. ff. ad tit. de postuland. §. 23.

Denique quod medicos attinet, sæpius ægroti 48 ipsis ad imperrandam medicinam, causam morbi & quid in leges naturæ quocunque vitiorum genere deliquerunt, exponunt, sperantes medicos omnia silentii populo involuturos esse; quod si factum fuerit, medici hoc nequam possunt manifestare, cum per illius divulgationem  
G 2 facile

facile ægroti existimatio lædi possit; Gutierrez. *Can. quæſt.*  
49 *l. i. c. u. n. 58. Dn. Stryk. d. diff. c. 2. n. 45. seqq. Fritsch. Medic. pecc. concl. 22.* si contra fecerint & quæ ipſis ab ægrotis concredita sunt divulgaverint, non tantum injuria-  
rum conveniri possunt, sed & actione ad interesse con-  
tra eos agi potest, quanti ſcil. ægroti interſit causam morbi non fuille manifestatam, cum ſæpius ea detecta opi-  
nionem ipſius lædat, & cursum felicitatis impeditat.


Alex. *l. Conf. 6. 178. n. 6. Schultz. de contract.*

*medic. cum ægrot. c. 4. §. 12.*

T A N T V M.







Kiel, Diss., 1696-1702

X 237 1917

1D17





DISPVTATIO IVRIDICA  
DE  
**I V R E**  
**NOVELLARVM**

Bom Rechte der Zeitungen

PRAESIDE

DN. ELIA AVGVSTO STRYKIO

I. V. D. IVR. PVBL. ET NOVELL. PROF. PVBL.  
ORDINARIO

AD D. OCTOBR. ANNI M DC XCVII

PUBLICAE DISQVISITIONI SUBMITTIT

AVTOR ET RESPONDENS

SAMVEL FRIDERICVS HAGEN

LENZ. MARCH.

VITEBERGAE

RECVSA APVD IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHIUM  
M DCC LIII